DAVIDIS BUCHANANI

DE

SCRIPTORIBUS SCOTIS

LIBRI DUO,

NUNC PRIMUM EDITI.

EDINBURGI:
EXCUDEBANT BALFOUR ET JACK.
MDCCCXXXVII.

"At a Meeting of the Committee of the Bannatyne Club, held in the Apartments of the Antiquarian Society, on Monday the 6th day of June 1836,

"Resolved, That the manuscript works De Scriptoribus Scotis, attributed to David Buchanan, and preserved in the Advocates Library and in the University Library at Edinburgh, be printed, for the use of the Members, under the superintendence of Dr. Irving."

Extracted from the Minutes of the Club.

D. LAING, *Secretary*.

THE BANNATYNE CLUB.

M.DCCC.XXXVII.

THOMAS THOMSON, ESQ.

PRESIDENT.

RIGHT HON. JAMES ABERCROMBY, SPEAKER OF THE HOUSE OF COMMONS.

THE EARL OF ABERDEEN, K.T.

RIGHT HON. WILLIAM ADAM, LORD CHIEF COMMISSIONER OF THE JURY COURT.

THE EARL OF ASHBURNHAM.

THE DUKE OF BEDFORD, K.G.

LORD BELHAVEN AND HAMILTON.

ROBERT BELL, ESQ.

WILLIAM BELL, ESQ.

10 WILLIAM BLAIR, ESQ.

THE REV. PHILIP BLISS, D.C.L.

JOHN BORTHWICK, ESQ.

THE MARQUIS OF BREADALBANE.

GEORGE BRODIE, ESQ.

CHARLES DASHWOOD BRUCE, ESQ.

O. TYNDALL BRUCE, ESQ.

THE DUKE OF BUCCLEUCH AND QUEENSBERRY, K.G.

JAMES CAMPBELL, ESQ.

WILLIAM CLERK, ESQ.

20 HON. HENRY COCKBURN, LORD COCKBURN, VICE-PRESIDENT.

DAVID CONSTABLE, ESQ.

ANDREW COVENTRY, ESQ.

JAMES T. GIBSON CRAIG, ESQ., TREASURER.

WILLIAM GIBSON CRAIG, ESQ.

HON. GEORGE CRANSTOUN, LORD COREHOUSE.

THE EARL OF DALHOUSIE.

JAMES DENNISTOUN, ESQ.

GEORGE DUNDAS, ESQ.

ROBERT DUNDAS, ESQ.

30 RIGHT HON. W. DUNDAS, LORD CLERK REGISTER.

LORD FRANCIS EGERTON.

CHARLES FERGUSSON, ESQ.

ROBERT FERGUSON, ESQ.

GENERAL SIR RONALD C. FERGUSON.

COUNT MERCER DE FLAHAULT.

HON. JOHN FULLERTON, LORD FULLERTON.

WILLIAM GOTT, ESQ.

ROBERT GRAHAM, ESQ.

LORD GRAY.

40 RIGHT HON. THOMAS GRENVILLE.

THE EARL OF HADDINGTON.

THE DUKE OF HAMILTON AND BRANDON.

ED. W. A. DRUMMOND HAY, ESQ.

SIR JOHN HAY, BAR^T.

JAMES MAITLAND HOG, ESQ.

THE BANNATYNE CLUB.

LORD HOLLAND.
JOHN HOPE, ESQ., DEAN OF FACULTY.
COSMO INNES, ESQ.
DAVID IRVING, LL.D.
50 JAMES IVORY, ESQ.
THE REV. JOHN JAMIESON, D.D.
SIR HENRY JARDINE.
HON. FRANCIS JEFFREY, LORD JEFFREY.
JAMES KEAY, ESQ.
JOHN GARDINER KINNEAR, ESQ.
THE EARL OF KINNOULL.
DAVID LAING, ESQ., SECRETARY.
THE EARL OF LAUDERDALE, K.T.
THE REV. JOHN LEE, D.D.
60 ALEXANDER WELLESLEY LEITH, ESQ.
LORD LINDSAY.
JAMES LOCH, ESQ.
THE MARQUIS OF LOTHIAN.
WILLIAM M'DOWALL, ESQ.
HON. J. H. MACKENZIE, LORD MACKENZIE.
JAMES MACKENZIE, ESQ.
JOHN WHITEFOORD MACKENZIE, ESQ.
JAMES MAIDMENT, ESQ.
THOMAS MAITLAND, ESQ.
70 VISCOUNT MELVILLE, K.T.
WILLIAM HENRY MILLER, ESQ.
THE EARL OF MINTO.
HON. SIR J. W. MONCREIFF, LORD MONCREIFF.

THE BANNATYNE CLUB.

RIGHT HON. JOHN A. MURRAY, LORD ADVOCATE.
WILLIAM MURRAY, ESQ.
MACVEY NAPIER, ESQ.
SIR FRANCIS PALGRAVE.
LORD PANMURE.
HENRY PETRIE, ESQ.
80 EDWARD PIPER, ESQ.
ROBERT PITCAIRN, ESQ.
ALEXANDER PRINGLE, ESQ.
JOHN RICHARDSON, ESQ.
ANDREW RUTHERFURD, ESQ.
THE EARL OF SELKIRK.
JAMES SKENE, ESQ.
WILLIAM SMYTHE, ESQ.
EARL SPENCER.
JOHN SPOTTISWOODE, ESQ.
90 MAJOR-GENERAL SIR JOSEPH STRATON.
SIR JOHN DRUMMOND STEWART, BARt.
THE HON. CHARLES FRANCIS STUART.
THE DUKE OF SUTHERLAND.
ALEXANDER THOMSON, ESQ.
WALTER C. TREVELYAN, ESQ.
DAWSON TURNER, ESQ.
PATRICK FRASER TYTLER, ESQ.
ADAM URQUHART, ESQ.
RIGHT HON. SIR GEORGE WARRENDER, BARt.
100 THE VEN. ARCHDEACON WRANGHAM.

LECTORI, SI QUIS ERIT, SALUTEM.

In tanta penuria antiquorum de re litteraria nostra scriptorum, haud temere rejiciendus est David Buchananus, sive quisquis fuerit qui libros hosce duos nobis reliquit. Etenim de auctore non satis constat; nempe doctissimus Ruddimannus, inter virorum doctorum de Gavino Duglassio, antistite Dunkeldensi, testimonia, haec memoriae prodidit: "De claris Scotis MS. anonymi Scoti, an Davidis Buchanani an Archibaldi Simson, incertum." Haec ille, anno scilicet 1710; sed quinque post annos, quum Georgii Buchanani opera in lucem ederet, de pristina sententia plane decesserat. Tunc enim sine ulla dubitatione auctorem designavit: "David Buchananus de claris Doctrina Scotis, MS. penes D. Robertum Sibbaldum, M. D. Equitem Auratum." Hic codex, nobis liber alter, in Advocatorum Bibliotheca servatus est, cum hac inscriptione, manu, uti videtur, Gualteri Goodallii, viri in monumentis nostrae gentis diu multumque versati: "Auctor hujus libelli de Scriptoribus Scotis illustribus est David Buchananus." Codex primus, e Bibliotheca Academica, hanc inscriptionem renovatam prae se fert: "Mr. David Buchanan. V. P. auth. lib. de Aña. est hujus MS. author." Quid sibi velit V. P. nisi forte sit *Verbi Praeco*, haud facile dixerim; non aliunde tamen audivimus

Buchananum nostrum in sacris ordinibus fuisse constitutum. Unus et alter liber omnino videtur ejusdem auctoris; quem ex omnibus his indiciis, nec levi sola conjectura ducti, credimus esse Davidem Buchananum, natione Scotum, qui et aliis quoque scriptis famam suam propagavit.

Hujus tamen viri historia parum explicata est. Didici ex Baillii epistola, nondum vulgata, fuisse eum cognatum Gulielmi Spangii, hominis Scoti, sed apud Batavos diu peregrinantis. Sibbaldo si fides habenda sit, ex eadem oriundus est familia cum Georgio Buchanano, magno in primis et praeclaro viro. Mortuus est noster, vel saltem David quidam Buchananus, mense Augusti anno 1652: cujus testamentum, cum aliis quoque documentis, in appendicem rejecimus. Sed non omnino praetereunda est "Friderici Spanhemii Epistola ad nobilissimum virum, Davidem Buchananum, super Controversiis quibusdam quae in Ecclesiis Anglicanis agitantur." Lugd. Bat. 1645, 8vo. Ex hac enim epistola colligimus, haud obscuro loco fuisse natum. "Nec ego," inquit professor iste Leidensis, "in animum induxissem meum, iis me interponere controversiis, quae magno animorum ardore inter vos agitari audimus, nisi tu, vir nobilissime, aliique non infimae dignitatis viri, iterato velut convitio, a me exegissetis ut symbolam etiam meam ad sacrum hoc negotium conferrem."

Ejus inter opera, praecipuum sibi vindicat locum "Historia Animae Humanae, auctore Davide Buchanano Scoto." 1636, 8vo. Non exiguum est volumen, septingentas fere paginas continens. Est et altera editio, "Impensis Authoris. Venundantur apud Melc^m. Mondiere." 1638, 8vo. In epistola "Ad benevolum Lectorem," haec de se retulit: "Quis-

quis es qui haec leges, velim, amice, scias hic te habere conatum, ut liberum, ita modestum, hominis quidem ὀψιμαθοῦς [legendum ὀψιμαθοῦς], et, ut ipse ingenue fatetur, παυρομαθοῦς, interim tum φιλομαθοῦς, tum φιλαληθοῦς, super re maxima, id est, super animae nostrae integra historia, ubi animae humanae nomina varia evolvit, naturam semotis erroribus explicat τόπου in corpore, indicat ἀθανασίαν, demonstrat separatae statum, et denuo unitae corpori conditionem ostendit: quae omnia paucis et claris pro modulo tenuitatis suae industrius molitur. Quo in negotio si propter imbecillitatem ingenii, librorum et otii inopiam, non plene effecit quod serio in votis habuit, tamen hoc suo qualicunque labore ad id exactius exequendum, quod ille, praedictis incommodis praepeditus, praestare omni ex parte nequivit, licet maxime optarit, se meliora ingenia excitasse, quibus libri et otium abunde suppetunt, non dubius sibi spondet." Et in altera epistola, "Illustrissimo viro, Dom. Guillelmo Craveno, D. de Hamsteid, &c. Regni Angliae Pari," haec de se Buchananus: "Superioribus annis quum in Galliis degerem, bonos aliquot authores κατὰ συγκυρίαν versans, et mecum ipse identidem meditans, quaedam et ea non pauca, neque scitu indigna, neque ingrata, super anima hominis haud sine cura observaram, quae partim in amicorum gratiam, partim in meum ipsius commodum, sermone Francogallis familiari, prout tunc poteram, chartis consignaram; tandem post plurium annorum foris moram ad nostros reversus, quum apud nonnullos, ut pios, ita doctos, de ea re, sicut saepenumero inter rerum meliorum studiosos fit, verba facerem, ab iis obnixe invitatus fui, ut quae de anima nostra in privatos usos et idiomate uni genti vernaculo scripta haberem, in Latinum

verterem, ac publici juris facerem. Quod pluries et diu, in seculo adeo erudito et nasuto, propter meam in Latino sermone infantiam, nec non in bonis literis insolentiam, et, quod maximum est, propter summam in re ipsa difficultatem, tentare constans renui: verum ultra ab hominibus mei amantissimis, instantius multo quam antea, super ea re rogatus, recusare diutius nequivi, quin opus hoc arduum in me, licet muneri ut decuit non ita parem, susciperem." Diu igitur in Gallia haesisse videtur; et lingua etiam Gallica librum conscripsit, hunc titulum prae se ferentem: "L'Histoire de la Conscience, par David Buchanan. *Fuy le mal, Fay le bien.*" 1638, 12mo. Uterque liber sine loci indicio est. Post septem annorum intervallum, lingua edidit Anglicana sine auctoris nomine, "Truth its Manifest; or a short and true Relation of divers main Passages of things (in some whereof the Scots are particularly concerned) from the very first beginning of these unhappy Troubles to this day. Published by Authority." Lond. 1645, 8vo. Civium suorum causam pro virili oravit, et non modicam Anglis concivit iram. Libellum igitur vulgavit nescio quis, "Manifest Truths; or an Inversion of Truths Manifest: containing a Narration of the Proceedings of the Scottish Army, and a Vindication of the Parliament and Kingdome of England from the false and injurious Aspersions cast on them by the Author of the said Manifest. Published by Authoritie." Lond. 1646, 4to. Vitam Joannis Knoxii Anglice conscripsit, et, una cum ejusdem Historia reformatae apud Scotos Religionis, Londini et Edinburgi quoque edidit anno reparatae salutis 1644. In hac autem historia edenda non satis fideliter versatus est; etenim multa delevit,

non pauca interpolavit, et dictiones passim immutavit; res pessimi sane exempli, nec sine censoris nota admittenda.

Sed jam redeamus ad libros de Scriptoribus Scotis, hactenus in bibliothecis Edinburgensium latentes. Lelandi, Balei, Dempsterique vestigia fere persequitur, et inanem saepissime patriae gloriam captat: Coelius Sedulius, Rabanus Maurus, Joannes Erigena, Marianus Scotus, sunt omnes inter Scotos nostros relati. Robertus item Langlandus, insignis Anglorum poeta, teste Buchanano, natione fuit Scotus, "inter monachos Benedictinos educatus in civitate Aberdonensi." Amor patriae laudandus est, sed acre subactumque judicium desideramus. Ratio temporum saepe neglecta est, adeo ut ordo seriesque regum Scotorum, quorum ad aetatem scriptores suos refert, identidem sit turbata. Stylus non ubique comptus et facilis est, nec dicendi genus satis Latinum. Verum enimvero uterque liber indocta manu est exscriptus, multisque in locis male habitus. Haud pauca restituimus ex Trithemio, Baleo, Boethio, Leslaeo, aliisque, quorum scrinia compilavit. Primum codicis primi folium est leviter mutilatum, et verba quaedam ex Sibbaldi apographo restituta sunt. Hinc manavit νηπιοδυτα, vox nihili, pro qua legendum censeo νηπιόφρονα, id est, puerili innocentia praeditum. Codex unam tantummodo syllabam ostendit, νη. Mox legimus, "anno secundo post bellum illud de Cul. aetatis suae anno," et quae sequuntur. Ex Adomnani Vita Columbae, lib. i. cap. vii. supplevimus Cul*edrebene*.

Ad calcem codicis academici est "Appendix quorundam Scriptorum nostrae Nationis, de quibus plerisque parca et jejuna apud historicos mentio reperitur, et quorum vel opera quae scripserunt, vel aliter quae in re literaria praestiterunt,

non satis pro comperto habentur." Omnia in adversariis breviter tantum et negligenter sunt adnotata, nec luce digna sunt quae tumultuario fere opere congessit. Aliquid utique majus meditabatur Buchananus. Ad alterius libri finem haec verba invenimus, *Reliqua alii, aut nos alias;* et eodem libro saepius lectorem relegat ad suum Catalogum Scriptorum nostrae Gentis. De quibusdam egit scriptoribus in utroque libello, et eadem fere repetita sunt. Illi igitur credo fuisse in animo, commentarios omnes in unum librum conjicere; sed hoc opus si unquam aggressus est, haud tamen perfecisse videtur.

DE

SCRIPTORIBUS SCOTIS

LIBER UNUS.

DE

SCRIPTORIBUS SCOTIS

LIBER UNUS.

DE SANCTO COLUMBA.

S. Columba, nobilibus ortus parentibus, natus in Huenſi inſula, in qua poſt monaſterium inſigne conſtruxit, nepos Ferguſii regis Scotorum, cum Jona propheta homonymum ſortitus eſt nomen; nam licet diverſo trium linguarum ſono, unam tamen eandemque rem ſignificat: hoc quod Hebraice dicitur Jona, Graece vero νηπιόφρονα, ſive περιστερὸν vocant, et Latina lingua Columba nuncupatur. Tale tantumque vocabulum homini non ſine divina providentia inditum eſſe credimus; Columba etenim et ſimplex innocuuſque nuncupari debuit, qui in ſe columbinis moribus Spiritui Sancto hoſpitium praebuit. Hic anno ſecundo poſt bellum illud de Culedrebene, aetatis ſuae anno vigeſimo ſecundo, ex Huenſi inſula in Hiberniam profectus, nullum unius horae intervallum tranſire poterat quod non vel orationi, vel lectioni, aut ſcriptioni inter monachos ſuos incumberet. Pro ipſius eruditione et vitae ſanctitate abbas Cloenſis eſt factus in Hibernia; poſtea in Scotiam ad Ionam inſulam eſt reverſus, ibique per multos annos S. Scripturas monachis praelegebat; deinde Pictos plurimos, qui tunc temporis in Scotia praedia multa poſſidebant, ad Chriſti fidem amplectendam allexit, praeſertim ipſos qui in inſula

Orcadum vivebant. Tandem moritur anno aetatis ſuae ſeptuageſimo tertio, anno Redemptionis humani generis 565, et in Huenſi inſula ſepultus, ſub regimine Eugenii Tertii in Scotia.

DE BATHENIO.

Bathenus ſeu Bathenius in Scotiam multum momenti attulit ad eccleſias Romanas reformandas, ſub Pontifice , ut teſtatur Adamannus: vir auſterae vitae et converſationis, plurimum Scripturarum lectioni deditus, tantum vero inde profecit, ut quamplurima volumina poſteritati reliquerit, inter quae haec pauca:

De vero et ſincero Dei Cultu.

Meditationes in Mortem et Paſſionem Chriſti.

Et multa alia. Claruit anno a partu Virginis 706, dum habenas regni tractaret Eugenius Septimus.

DE GULIELMO ALBANIENSI.

Gulielmus Albaniensis, monachus in inſula Huenſi: poſtquam vero monachum induerat, acri fervore et zelo libris incubuit ad S. Albanum ordinis S. Benedicti. Natione fuerat Scotus. Ad exemplum aliorum fratrum, qui in eodem coenobio literis incumbebant, ipſe alacrius ſtuduit ut ipſos incitaret. Scripſit

Vitam S. Albani Martyris, Scotico ſermone.

Claruit anno Salvatoris Mundi 590, regnante Aidano in Scotia.

DE BERVICIO.

Bervicius, ex genere Scotorum oriundus in Mercia Scotiae auſtralis provincia, in bonis literis et moribus parentum cura et impenſis educatus, poſtea Edfredum epiſcopum Lindisfernenſem, Scotum, praeceptorem habuit, apud quem plurimum in ſacris literis profecit;

animi tamen exhilarandi gratia ſaepius carmina elegantiſſima et ſuavia condere ſolebat; adeo ut tandem de Origine ſui Coenobii Carmina ſcripſerit,

De illuſtribus Monachis ſui Temporis,

De Laudibus Epiſcopi Eadfredi,

et alia quaedam. Claruit anno a ſalute per Chriſtum parta 750, dum regnaret Ethfinus.

DE CLAUDIO SCOTO.

Claudius Scotus, in Fifenſi provincia prope Falklandiam natus ex antiqua Scotorum familia, et educatus inter monachos Andreapolitanos in conventu et monaſterio Auguſtinianorum, in juventute animum divinis literis totus addixit, adeo ut inter primos doctiſſimus evaſerit; deinde omnium conſenſu et perſuaſione ad regimen monaſterii invitatus, ingenue et conſtanter recuſavit, reſpondens ſe malle in ſuo loco ſobrie operam ſacris literis dare, quam ad talem gradum honoris conſcendere, metuens illud Horatianum:

> Saepius ventis agitatur ingens
> Pinus; et celſae graviore caſu
> Decidunt turres, feriuntque ſummos
> Fulmina montes.

Scripſit

Commentaria in Matthaeum, in Marcum, et in Joannem.

Epiſtolas varias ad Ludovicum Gallorum regem,

cujus mentionem facit ipſe in praefatione ſui Commentarii. Claruit anno humanae ſalutis 816.

DE GERVADIO.

Gervadius, inſignis natione Scotus, multique alii fratres monachi ſub Achaio rege in Moravia fidem Chriſti praedicabant; quo etiam tem-

pore Joannes cognomento et natione Scotus, et Claudius Clemens, qui cum D. Beda Graecis et Latinis literis operam navaverunt, in Galliam proficifcuntur, ubi Clemens et Joannes Scotus, viri facetiffimi ingenii, in publico foro Lutetiae eruditionem fuam omnibus venalem propofuerunt. De hujus fcriptis nulla ad noftras manus pervenere, nifi quod fuerat vir eruditus et pius concionator.

DE DANIELE VIENTANO.

DANIEL VIENTANUS, Madulphi Scoti nepos, et aliquando difcipulus, in Lothiania prope Merciam oriundus, natalium fplendore clarus, vir ingenio magnus, et politiore literatura imbutus, poft varias peregrinationes in exteris regionibus fufceptas, Adhelmo conterraneo fuo fidus Achates et focius erat, in fcientia Scripturarum diligenter inftructus; poft factus epifcopus Lindisfernenfis. Confcripfit plurima lectu digna, quibus Beda in concinnatione fuae hiftoriae plurimum utebatur. Scripfit

Hiftoriam Merciae et Northumbriae.
Auftralium Saxonum Res geftas.
Vitam Ceddae apud Pictos.
In Obitum Adhelmi conterranei, lib. I.
Ad Virgines Sacras Epiftolas.

Et alia quae non habentur. Ex hac vita migravit anno pacis evangelicae 746, regnante in Scotia Ethfino.

DE BARRO.

BARRUS natione Scotus, ex nobili et illuftri familia oriundus, in Murthletenfi ecclefia ad feptentrionem a teneris annis in bonis literis et moribus inftitutus, in Huenfi infula factus eft monachus. Poftea in Hiberniam transfretavit, ibique plurimos in Chriftiana religione titubantes et vacillantes in vera Chrifti fide confirmavit: poftea in patri-

am reverſus, auctoritate et juſſu Malcolmi Tertii regis Scotorum, cui valde carus erat pro ipſius vitae integritate, Catheneſiae epiſcopus eſt declaratus. Tandem, Turgoto auctore, Breviaria et Officia omnia eccleſiaſtica Scotorum reformavit. Scripſit

De Antiqua Diſciplina Eccleſiaſtica lib.

De Reformandis Religioſorum Moribus.

Claruit anno epochae Chriſtianae 1061, Malcolmo ejus nominis tertio regnante in Scotia.

DE GULIELMO LAUTHOMENSI.

Gulielmus Lauthomensis, genere et natione Scotus, et Lauthomenſis coenobii canonicorum regularium in Cambria praeſes, praeceptoribus optimis quos ea laudabat aetas uſus, ab ipſa tenella aetate ſtudiis literarum operam dedit; ad ampliora deinde aſpirans, diverſa petiit canonicorum clauſtra. Facundus vir, ut inquit Lelandus, itemque doctus, mirifice ardebat cupiditate laudandi Robertum Betunenſem. Scripſit

Vitam B. Roberti Betunenſis.

Claruit anno intimatae pacis evangelicae 1230, dum Alexander Secundus regimen Scotiae inchoaret.

DE THOMA BRANDIO.

Thomas Brandius Scotus, prope Edinburgum [natus] ex honeſta familia, inter monachos Benedictinos educatus, ibique in theologicis ſtudiis inſtructus, in quibus tantum profecit ut a doctiſſimis viris in magna reverentia haberetur theologus. Unde ab ejus facundo ingenio emanarunt in poſteritatis utilitatem,

De Causa et Veritate Dei, Cauſa Cauſarum, contra Pelagianos; et alia quaedam, quae ſic inſcribuntur:

Summa Doctoris Profundi Thomae Brand, et cet. Extat Romae in Vaticana fcript.
De Trinitate, lib. I.
De Praedeftinatione, lib. I.
Commentarii Sententiarum, lib. I.
Geometrica Principia, lib. I.
Placita Theologica, lib. I.
Sermones per Annum, lib. I.
De Salvandorum Praemio, lib. I.
Summa Theologiae, lib. I.

Claruit anno Chrifti 1270, fub Alexandro rege Scotorum tertio ejus nominis.

DE GULIELMO ALUENVICK.

GULIELMUS ALUENVICK, natione Scotus, prope Northumbriam in Annandia provincia natus, ubi in teneris annis operam literis diligenter navavit; poftea adultior factus, verfus Northumbriam ejufque urbem Aluenvick iter inftituit, ubi cum quibufdam conterraneis ordinis S. Francifci monachatum induit; poftea vero ulterius verfus Academiam Oxonienfem proficifcitur. Vir fuerat pietatis et doctrinae titulis infignis, cum in facris tum in profanis optime verfatus; in facris theologicis doctor et profeffor. Scripfit

Super Magiftrum Sententiarum.
Regiftrum quoddam MS. Cantab. in Colleg. S. Benedicti.
In Phyficam Ariftotelis, lib. VIII.
Sophifmatum Elenchos, lib. I.

Et alia. Obiit Avinionae anno Chrifti 1382, fub Roberto Secundo.

DE MARTINO ALUENVICK.

MARTINUS ALUENVICK vel Amanduick, Scotus ex Annandia, natus

prope Angliam, ubi literis in juventute excoluit ingenium; maturefcente aetate, in coenobio Novocaftrenfi in ordinem S. Francifci ingreffus eft. Poftremo Oxonii fupremam in theologia lauream eft confecutus, atque trigefimus fecundus in fcholaftica theologia praelector conftitutus. Confcripfit

Commentarios in Longobardum, lib. IV.
Chronicorum Opus, lib. I.
Difputationes quafdam, lib. I.

Et alia plurima. Fatis denique ceffit anno Domini 1336, regnante apud Scotos Davide Secundo.

DE GULIELMO MAXVELLO.

Gulielmus Maxvell feu Makilfhell, natus in Gallovidia Scotiae provincia prope Candidam Cafam, in juventute in bonis literis feliciter a parentibus educatus; deinde poftquam literas humaniores probe et fcite calluit, melioris et altioris doctrinae percipiendae gratia in Gallias parentum cura et impenfis eft profectus, ubi in Academia Parifienfi et philofophiae et theologiae ftuduit: vir religiofae vitae et multae lectionis. Scripfit

Problematum lib. I.
Conclufiones ordinarias, lib. I.
Orationes et Epiftolas varias.

Claruit anno intimatae pacis evangelicae 1340, fub Davide rege Secundo.

DE HUGONE HIBERNIAE.

Hugo de Hibernia, in feptentrionali parte Scotiae natus, dictus ita a loco natali, quod fcriptores aliud ejus cognomen ignoraverint, a Scoto-Hibernis nomen et originem trahens; ordinis S. Francifci monachus, qui et fuperftitiofam qua utebatur vivendi formam ab illis didicit. Prolixam valde peregrinationem inutili otio gyrovagus hic monachus

ſumpſiſſe per Europam ſcribitur, multaque in itinere notatu digna chartis commiſit. Monachus ille Nordovicenſis Benedictinae ſodalitatis, in quodam veterum Scriptorum Catalogo, hujus Hugonis mentionem fecit, inquiens, Hugo de Hibernia, ex Minoritarum genere, ſcripſit

Itinerarium quoddam, lib. I.

Sic habet ille. Nihil aliud ab hoc Hugone ſcriptum legimus. Claruiſſe autem fertur anno 1360, regnante Davido ſecundo ejus nominis apud Scotos.

DE RICHARDO ARMACHANO.

Richardus Armachanus, aliter filius Radulphi appellatus, natione Scotus, ex Arraniae inſula prope Hiberniam oriundus, Oxonii liberalibus artibus, ſub Doctore Joanne a Baconthorpo, philoſopho et theologo inſigni, operam dedit; ubi tandem ita in ſtudiis ſuis profecerat, ut, ſuffragante rege Henrico Tertio, Lichfeldenſis eccleſiae archidiaconus ſit factus, deinde Oxonienſis Academiae cancellarius, et demum archiepiſcopus Armachanus, et Hiberniae primas; in theologia et in utroque jure ſui aevi doctiſſimus habitus. Scripſit plurima, de quibus haec pauca quae ſequuntur:

Contra Fratres Mendicantes, lib. XVI.
De Chriſti Pauperie, ad Innocentium, lib. VII.
Illuſtrationes Evangeliorum, lib. IV.
Sermones octoginta novem, lib. II.
De Quaeſtionibus Armeniorum, lib. II.
De Poteſtate Spirituali, lib. I.
De Paſſione Dominica, lib. I.
Contra ſuum Archidiaconum, lib. I.

Cum multis aliis. Avinionae tandem obdormivit in Domino, anno 1360, qui coram pontifice contra Fratres Mendicantes diu litigaverat, regnante in Scotia Davido Secundo.

DE ROBERTO LANGLAND.

ROBERTUS LANGLAND, natione Scotus, profeffione facerdos, vir ex obfcuris ortus parentibus, pius admodum et ingeniofus, et zelo divinae gloriae plenus, inter monachos Benedictinos educatus in civitate Aberdonenfi, vir utique erat in omni humaniore literatura infigniter doctus, et in medicina admodum clarus. Pium opus fermone vulgari fcripfit, cui titulum impofuit,

Vifionem Petri Aratoris, lib. I.
Pro Conjugio Sacerdotum, lib. I.

Claruit anno Chrifti Redemptoris 1369, regnante Davide Secundo in Scotia.

DE NICOLAO DURHAMO.

NICOLAUS DURHAMUS, natione Scotus, non quod natus effet in civitate Dunelmenfi ita dictus, fed quod hoc cognomen ab antiqua familia Durhamorum in Scotia acceperat. Licet urbs illa Durham Scotorum imperio tunc temporis fubjecta fuerit, pariter tamen monachi tum Angli tum Scoti in utriufque regni monafteriis mutuo recepti fuerunt. Hic natus fuerat in urbe Dunbarenfi in Mernia, et in eadem fchola educatus; poftea aetate provectior ad Dunelmenfes monachos eft profectus, ubi monachus Beatae Virginis factus eft de Monte Carmeli. Deinde profectus eft Oxonium; ibidem in fcholis folide docendo, et fubtiliter difputando, magnum fibi nomen acquifivit, adeo ut dictus fuerit poftea alter Duns Scotus. Quod autem ad ejus lucubrationes attinet, praeter aliena opera compendiofe fcripta, haec contexuit:

Super Magiftrum Sententiarum, lib. IV.
Originalia Doctorum, lib. I.
Determinationes Quaeftionum, lib. I.

Contra Articulos Wiclevi, lib. I.

Floruit anno Incarnati Verbi 1370, dum regnum Scotiae gubernaret David rex Secundus.

DE THOMA BRUNAEO.

THOMAS BRUNAEUS Scotus, ad Dunbarum natus, poſtea in Anglia diu commoratus, maxime Londini, per omnes literarum gradus Oxonii, deinde Pariſiis conſcendebat, ad imitationem Joannis Scoti, donec ad ſupremam in theologia lauream conſcenderet. Tandem ex Gallia per Angliam in Scotiam iter tendens, ab Oxonienſibus ad theologiae publicam profeſſionem ſuſcipiendam eſt vocatus, quod munus cum magno auditorum applauſu et approbatione obivit. Demum, relicta profeſſione, ad Collegium Carmelitarum, ubi ante ſtuduit, adiit; adeo pie modeſte et ſobrie ibi vixit, ut tandem praeſes provincialis ſui ordinis declaratus ſit. Haec quae ſequuntur ſcripta poſteritati reliquit:

Lecturas Theologiae, lib. II.
Encomium S. Scripturae, lib. I.
In Epiſtolam Pauli ad Romanos, lib. I.
In Prophetiam Hieronimi.
Varios Sermones de Tempore, lib. II.
Quaeſtiones varias, lib. II.

Demum Londini in ſuo coenobio vitam cum morte commutavit anno 1380, regnante Roberto ſecundo ejus nominis in Scotia.

DE ROBERTO HAMILTONO.

ROBERTUS HAMILTONUS, ex illuſtri et nobili Hamiltonorum familia in Scotia oriundus, Praedicatorum S. Dominici in coenobio Paſletenſi monachus, poſtea in Gallias transfretavit, ubi diu cum Sorboniſtis doctoribus in Academia Pariſienſi operam theologiae navavit. Unde poſtea ſcriptis commiſit,

Summam totius Theologiae, lib. I.
Lectiones Scholafticas, lib. I.
Contra Wicleviftas, lib. I.

Claruit anno Domini 1390, Roberto Tertio regimen inchoante in Scotia.

DE THOMA AGNINO.

THOMAS AGNINUS, natione Scotus, profeffione Carmelita, doctor theologiae, et profeffor in eadem facultate, cujus fama illuftribus fcriptoribus in exteris nationibus non obfcura fuit. Nam Boftius, Trithemius, Hefartus, et alii, non dubitant eum optimorum fcriptorum catalogo infcribere: vir certe non vulgari doctrina inftructus, et raris virtutibus et ornamentis infignitus, acutus argumentator, et eruditus concionator. Scripfit

Sententias quafdam, lib. I.
Quaeftiones ordinarias, lib. I.
Determinationes Theologiae, lib. I.
Lecturas in Sacras Literas, lib. I.
Contra Lollardos Wicleviftas, lib. I.
De Incarnatione Verbi, lib. I.
Sermones per Annum.

Claruit circa annum Domini apud Oxonienfes 1390, Roberto Tertio regimen inchoante apud Scotos.

DE ADAMO SCHOLASTICO.

ADAMUS SCHOLASTICUS, quem alii putant Balendinum cognomine fuiffe, magifter et doctor in theologia, Parifiis ftuduit fcholafticae theologiae, deinde fcholam aperuit, in qua auditorum cum magna laude docuit. Haec pauca inter alia multa quae doctiffime fcripferat pofteritati commendavit.

Commentarios doctiſſimos in quatuor lib. Sententiarum ſcripſit.
Ordinarias etiam Quaeſtiones et Quodlibetas.
Commentarios in Phyſicam Ariſtotelis.

Ejus aliqua adhuc ſcripta dicunt extare in monaſterio S. Victoris Lutetiae. Claruit anno a partu Virginis 1410, regnante Jacobo Primo in Scotia.

DE THOMA OTTERBURNO.

Thomas Otterburne, natione Scotus, profeſſione Franciſcanus, ex antiqua Otterburnorum familia oriundus, in ſchola Edinburgenſi educatus, in theologia et philoſophia optimos fecerat progreſſus: vir pietate et doctrina clarus, in hiſtoriis ſcribendis optime verſatus. Poſterorum ad uſum reliquit

Res geſtas Scotorum et Anglorum in variis Praeliis.
De Succeſſione Comitum Northumbriae, lib. I.
Opuſculorum lib. I.

et alia plurima. Claruiſſe fertur circa annum Chriſti 1411, regnante Jacobo Primo.

DE [GULIELMO] TURNBULLO.

D. Turnbullus, Epiſcopus Glaſguenſis, pietatis et doctrinae laude praeſtans, collegium pecuniiſque ſatis amplum et praediis ad literarum ſtudia excitanda fovendaque erexit, cui extremam manum impoſuiſſet, atque ad amplitudinem multo majorem evexiſſet, niſi iſtius conſilium, pietatis ac ſtudii in eccleſiam plenum, mors importuna praevertiſſet. Vir erat religioni et hoſpitalitati admodum deditus, et bonis operibus; neque aliter quam ſol reſplendens in templo Dei refulſit, aut thus ardens in igne: erat ei fides integerrima, et ingenium veritatis ſemper amantiſſimum, et praeter vitam vere apoſtolicam, ingenio, facundia, et eruditione multiplici, omnes coaetaneos longe ſuperabat. Scripſit

De Religione Perfectorum.
De Praedicationibus Sacris,
aliaque varia. Claruit anno 1454, fub Jacobo rege fecundo ejus nominis.

DE HENRICO LICHTONO.

Henricus Lichtonus, natus in provincia Merniae in feptentrionali parte Scotiae, ex mediocris fortunae parentibus progenitus, cum ad adultam aetatem perveniffet, et in fchola Taodunenfi literas humaniores abfolviffet, ad Academiam Andreanam fe contulit, ubi et ftudiis theologiae et philofophiae animum addixit, adeo ut ante annum aetatis trigefimum, titulum doctoratus fit in theologia confecutus. Tandem epifcopus Moravienfis favore Jacobi regis Tertii eft creatus, a quo pro ipfius eximia doctrina et pietate ad majora et graviora ecclefiae negotia adminiftranda adhibitus eft. Scripfit

Piarum Meditationum lib. II.
De Contemptu Mundi, lib. I.

Claruit anno 1460, regnante in Scotia Jacobo Tertio.

DE ROBERTO FLEMINGO.

Robertus Flemingus, natione Scotus, ex clara Flemingorum familia oriundus, et primo inter monachos Glafguenfes educatus, poftea majora difcendi ftudio excitatus, exteras petit nationes: in Italiam eft profectus, ubi cum Baptifta Guarino Ferrariae ad tempus ftuduit. Poeta non vulgaris erat, compofuitque heroico carmine tractatus quofdam, quos fub hoc titulo Sixto Quarto pontifici Romano dedicavit:

Lucubrationum Tiburtinarum lib. II.
Epiftolarum ad diverfos lib. I.
Diverfi generis Carmina, lib. I.
Dictionarium Graeco-Latinum, lib. I.

aliaque non pauca. Claruit anno pacis evangelicae 1470, regnante Jacobo Tertio in Scotia.

DE THOMA MUSHETO.

THOMAS MUSHETUS, ex generofa Mufhetorum in Mentethenfi agro oriundus, in juventute in bonis literis et artibus imbutus, non tamen contentus ea doctrina in patria accepta, ad majus ftudiorum incrementum in Gallias et Germaniam profectus eft, ubi in Academia Bafilienfi medicinae ftuduit, tantumque poftea in ea profecerat, ut doctor crearetur. Scripfit tandem

Decalogum quendam.

Apologeticum Chimicæ Artis.

De Jure et Praeftantia Chimicorum Medicamentorum, lib. II.

Claruit anno Chrifti 1584. Quæ alia fcripferit, et quo tempore vixerit, nifi hoc praedicto anno, non conftat inter fcriptores.

DE FRIDERICO SCOTO.

FRIDERICUS SCOTUS in tenella aetate cum elementa tantum grammatices audiviffet, in Italiam ad cognatos Scotos in Placentia habitantes iter fufcepit. Progreffu temporis adeo operam literis, praefertim jurifprudentiae, dederat, ut inter fummos et praecipuos Italiae doctores in magna exiftimatione haberetur. Scripfit

Orationes duas in fui et aliorum Doctoratus.

Apologiam pro Familiae fuae Antiquitate.

Materiae Ufufructuariae lib. I.

Alia etiam multa ab eo fcripta funt. Claruit anno falutiferi partus 1513, regimen Scotiae inchoante Jacobo ejus nominis quinto.

DE JOANNE STRATONE.

JOANNES STRATO, natione Scotus, vir admodum eruditus, in prima aetate pietatis et literarum rudimenta in patriis fcholis percepit, adeo

ut tandem doctiſſimus theologus evaſerit. Demum, ut aliqui volunt, eſt a pontificiis ob reformatae, Lutheranae ſcilicet, religionis profeſſionem crematus, atque ita martyr ſanctiſſimus poſt varia certamina ac pericula obiit anno 1535, ſub Jacobo rege Scotorum Quinto.

DE UMFRIDO HUMIO.

Umfridus Humius Scotus, ex nobili et antiqua Humiorum familia in Mercia oriundus, adoleſcens Andreapolin ad ſtudia ſua perficienda a parentibus eſt miſſus, ubi feliciter operam et induſtriam ſuam collocavit, animumque totum legendis hiſtoriis addixit. Scripſit

Conflictum inter Scotos et Anglos, lib. i.

Ad Merlini Praedictiones.

Claruit anno Domini 1540, regnante Jacobo Quinto.

DE ROBERTO BRITANNO.

Robertus Britannus, proprie Bartanus dictus, ex Lauthiania auſtrali, et Bartanorum familia oriundus, ab ipſa ſtatim pueritia in bonis literis educatus; vir in Muſis praecipue humanioribus verſatus, inſignis literarum fautor, tantum etiam in aliarum artium ſtudio profecerat, ut ſui aevi vix cuiquam ſecundus fuerit. Edidiſſe vero hunc Robertum ferunt

Encomium Agriculturae, Pariſiis excuſum.

Orationes duas de Pace et Philoſophia.

De Parcimonia.

De optimo Statu Reipublicae, lib. i.

Deplorationem Gulielmi Balaei.

Rationem Conſcribendarum Epiſtolarum.

Idem tranſtulit ex Plutarcho,

Conſolatoriam ad Uxorem, et Vitas decem Rhetorum.

Et alia etiam. Claruit anno Salutis humanae 1543, ſub Maria Scotiae regina.

DE JACOBO MARTINO.

Jacobus Martinus, natione Scotus, et Dunkeldensis, poſtquam in ſchola ejuſdem civitatis literas humaniores ſatis exacte didiciſſet, ad Academiam Andreanam, ubi curſum philoſophicum perfecit, a parentibus eſt miſſus. Poſtea in Italiam eſt profectus, ubi philoſophiam publice in Romana civitate cum magna ſui nominis laude docuit; ubi tandem moritur. Scripſit

In lib. Ariſtotelis de Ortu et Interitu.

De prima Simplicium et Concretorum Corporum Generatione.

Claruit anno Reconciliationis humanae 1554, regnante Maria.

DE DAVIDE PANTERO.

David Panterus, natione Scotus, vir doctrina et rerum uſu clarus, qui ſeptem integros annos in legationis munere apud Gallos obeundo ſincere conſumpſerat, ex Gallia Jedburgum venit; ubi poſtquam rationem, modum, ordinem pleno nobilium coetu aperuiſſet, multum ab omnibus laudatus, quod provinciam arduam tam diligenter, ſapienter, et ſancte excoluerat, epiſcopus [Roſſenſis] ſolenni more conſecratur. Scripſit

Tractatum de Moribus Gallorum.

De Forma Juſtitiae Adminiſtrandae in Parliamento Pariſienſi,

et alia nonnulla. Claruit anno Salvatoris mundi dum ſceptrum geſtaret Maria regina in Scotia.

DE RICHARDO MORISONO.

Richardus Morisonus, natione Scotus, honeſtis parentibus progenitus, vir in omni diſciplinarum genere a teneris annis egregie inſti-

tutus, unde progreſſu temporis rhetor inſignis evaſit, et utriuſque linguae, et Graecae et Latinae, peritiſſimus, adeo ut ſaepius apud Carolum Quintum imperatorem et alios Chriſtianos principes ſumma cum dexteritate oratoris munus obiret. Scripſit

Contra Calumnias Cochlaei.
Apomaxin pro Rege, lib. I.
De Damnis ex Rebellione, lib. I.
Remedia contra Seditionem, lib. I.
Pro Tuenda Patria.
Adverſus Proditionem, lib. I.
Hiſtoriam Rerum geſtarum Henrici, lib. I.
Epiſtolas ad diverſos.

Tranſtulit in Anglicum ſermonem,

Symbola Ludovici Vivis.
Stratagemata etiam tranſtulit,

atque alia multa, nondum in lucem edita. Ex Italia rediens, pervenit Argentoratum, anno Domini 1556, [et] 17 die Martii obiit, dum per gubernatores et interreges Scotia gubernaretur.

DE JOANNE LESLAEO.

Joannes Leslaeus, genere et natione Scotus, ex nobili et praevetuſta Leſlaeorum familia originem ducens, erat ipſe tum genere clarus et eruditione, niſi quod nimis pontificiis ritibus deditus. In juventute parentum cura pie et probe educatus, progreſſu temporis adeo in theologia profecit, ut ad epiſcopatum Roſſenſem ſit evectus. Erat etiam Mariae Reginae a secretis, aliquoties orator ſereniſſimae Reginae Elizabethae. Tandem Romam religionis ergo petiit. Scripſit

Animi Afflicti Conſolationes, lib. I.
Animi Tranquilli Remedia, lib. I.
De Origine, Moribus, et Geſtis Scotorum, lib. X.
Pro Jure Sereniſſimi Regis Jacobi Sexti.

Descriptionem Scotiae, una cum Tabella topographica, et alia, Romae impressa. Obiit anno 1596, dum Jacobus Sextus regimen Scotiae inchoaret.

DE ROBERTO CONSTANTINO.

ROBERTUS CONSTANTINUS, alias Constant, ex Fifana provincia oriundus, cum maturiores anni praeceptores poscerent, ad Andreanam Academiam est missus, ubi quadriennium philosophiae studuit; deinde titulo magisterii insignitus in Galliam est profectus, ad altiora studia prosequenda. Vir singularis eruditionis et diligentiae, Dictionarium ex Homero collegit, aliisque Graecis poetis, nondum excusum, Graecae Linguae Thesaurum recognovit, et in multis locis auxit, ita ut novum opus quodammodo videretur. Scripsit

Nomenclatorem illustrium Scriptorum.

Correctiones Lemmatum, et Annotationes in librum Dioscoridis : cum Amati annotamentis in eundem.

Supplementum Linguae Latinae, seu Dictionarium abstrusorum Vocabulorum.

Claruit anno intimatae pacis evangelicae 1558, regnante Maria Regina.

DE HADRIANO TURNEBO.

HADRIANUS TURNEBUS, alias Turnebull, ex familia Turnebullorum in Liddisdalia Scotiae provincia oriundus, cujus antecessores ab evertendo tauro in certamine hoc nomen consecuti sunt, postquam in juventute, non sine bono fructu, operam literis dedisset, in Gallias transfretavit, ubi et studuit, et scripsit

Adversariorum tomos duos.

Claruit anno redemptionis humanae 1564, regnante Maria.

DE DONALDO.

DONALDUS, vel Rollandus, Scotus, natus in Kentyria prope Hebrides Infulas, in juventute in Academia Glafguenfi in literis humanioribus et philofophicis studiis educatus, poftea in Hiberniam transfretavit, ubi ad tempus manfit et presbyter eft factus; tandem in Flandriam ad Academiam Duacenfem, ubi ftuduit, et fcripfit

Hiftoriam Mariae Reginae.

De variis Antiquitatibus Infularum Hebridarum.

Claruit anno falutis per Chriftum partae 1568, ecclefiam Chrifti in Scotia perfequente Maria Regina.

DE THOMA MORISONO.

THOMAS MORISONUS Scotus, medicus Aberdonenfis, in fchola ejufdem civitatis ab ipfa pueritia in bonis literis educatus, poftea in academia ejufdem, confecto philofophiae curriculo, laurea donatus; deinde in Galliam et Germaniam eft peregrinatus, ubi per omnes doctrinae gradus crevit, adeo ut in medicina fupremam confecutus fit lauream. Tandem in patriam reverfus, infignis ejus eruditionis non leve teftimonium pofteritati reliquit.

De Origine Papatus, five de Origine et Incremento depravatae Religionis, Edinburgi excufus.

De Metallorum Caufis et Transformationibus.

Claruit anno redemptionis humanae 1601, dum regimen inchoaret Jacobus ejus nominis fextus.

DE JACOBO BETONO.

JACOBUS BETONUS, Archiepifcopus Glafguenfis, ex nobili Betonorum familia in Fifa oriundus, erat primo Andreanae Academiae alumnus;

deinde, poſt reformationem religionis, in Gallias trajecit, ubi temporis ſucceſſu brevi orator regius factus eſt Lutetiae apud Henricum Tertium et Quartum, reges Galliarum. Unde ſcripſit

Varias Orationes ad Reges et Principes, nomine Reginae Mariae.

Epiſtolarum ad varios Proceres Galliae lib. II.

Claruit anno poſt Chriſtum in carne natum 1603, regnante Jacobo ejus nominis ſexto.

DE GEORGIO EGLISEMMIO.

GEORGIUS EGLISEMMIUS, medicus, natione Scotus, vir in omnibus ſcientiis et artibus inſigniter eruditus, in utroque ſcribendi genere, verſu ſcilicet et ſoluta oratione, peritiſſimus, primo in Academia Andreana curſum philoſophiae perfecit; poſtea Gallias Germaniamque peragravit, magnamque in utraque regione contraxit familiaritatem et amicitiam cum multis doctis viris. Demum in Hollandiam profectus, ubi ad philoſophiae profeſſionem publicam in Academia Lugdunenſi eſt vocatus, quippe in philoſophicis ſtudiis et in arte medendi optime verſatus: in hoc infelix fuerat quod Buchanano poetarum principi ſe oppoſuerat. Scripſit

Libellum contra Vorſtianam Haereſin.

Animadverſiones in Ariſtotelis Logicam.

Tranſtulit etiam Pſalmos quoſdam, in illa Controverſia contra Thomam Reidum, ſecretarium Regis, et Buchananum,

aliaque quaedam ſcriptis commiſit. Claruit anno Domini 1611, regnante Jacobo Primo in Britannia.

DE GULIELMO CRAGIO.

GULIELMUS CRAGIUS Edinburgenſis, filius Joannis Cragii, paſtoris et a ſacris ſereniſſimi regis Scotorum, Edinburgi in bonis literis ab ipſa pueritia utiliter educatus; deinde paulo poſt Gallias petiit, ubi

Genevae, Rupellae, etc. theologicis studiis operam navavit. Deinde cum in patriam rediiſſet, ad publicam profeſſionem theologiae in Academia Andreana vocatus. Vir erat gravis, eruditus, et theologus ſolidus; ſelectiores omnis generis libros ſedulo et non mediocri progreſſu pervolvit. Unde ſcripſit

Theſes Theologicas.

Poemata, Orationes, et alia imperfecta poſt obitum reliquit. Claruit anno partus virginei 1616, dum regnaret in Britannia Jacobus rex.

DE JOANNE ANDERSONO.

Joannes Andersonus, in ſeptentrionali parte Scotiae natus, atque in Academia Aberdonenſi inſtitutus, poſtquam philoſophiae [curſum] in eadem abſolviſſet, ad exteras ſe contulit; et poſtquam varias academias perluſtraſſet, tandem in Gallias rediens, relicta religione qua in Scotia educatus fuerat, in Collegium Jeſuitarum ſe contulit, adeo ut illius ordinis et profeſſionis acerrimus factus ſit defenſor. Reliquit monumenta ſui ingenii,

De Fundamento Catholicae Religionis, lib. III.

De Controverſiis Religionis,

aliaque quaedam. Claruit anno 1624, regnante Jacobo Primo Britanniarum rege.

DE SIMEONE CRAUMUND.

Simeon de Craumund, natione Scotus, ſic dictus a villa de Craumund, quod capellam ibi ad fluvium Craumund conſtruxerat, monachus ordinis beatae Mariae Virginis de Monte Carmeli, patriarcha fuerat Antiochiae, ut teſtatur Thomas Dempſterus in ſuo Apparatu; cum tamen nomen ei gentilitium fuerit Keth, Comitis Mareſhalli nepos,

Roberto ſecundo regi ejus nominis carus. Cum Henrico Wardlao, archiepiſcopo tertio S. Andreae, ad Carolum Galliae regem deſtinatus orator, foederis cum Gallorum gente feriendi gratia, tam graviter et prudenter munus ſuum in ea legatione functus eſt, ut ad epiſcopatum Pictavienſem a Carolo rege ſit evectus; et ne quid ejus dignitati deeſſet, a Gregorio Undecimo obtinuit, ut patriarcha Antiochiae declaretur, cum paulo ante cardinalitia dignitate ab eodem pontifice pro ipſius prudentia et eruditione ornatus eſſet; nec tam precibus tanti regis haec obtinuit, ſed longe quidem magis meritis propriis impetravit, ut teſtatur Demochares tomo ſecundo. Scripſit

Orationes Gratiarum ad Gregorium Undecimum.

Epiſtolarum lib. ad Epiſcopos et Doctores Scotorum, pro Catholica Fide confirmanda.

Claruit anno [1389] regnante Roberto Secundo.

DE ANDREA FORMANNO.

Andreas Formannus Edinburgenſis, alii vero illum Andreapolitanum eſſe volunt, a teneris annis literis et pietati ſemper deditus, parentes habuit divites, quorum cura et impenſis eſt domi educatus; deinde Andreapolin miſſus, ubi animum philoſophicis ſtudiis et artibus excoluit, propter ipſius induſtriam in literis et eloquentia, ante omnes commilitones eſt laurea inſignitus. Poſtea in Gallias et Italiam eſt profectus, ubi celebriores academias perluſtravit, et cum doctiſſimis profeſſoribus collocutus eſt; deinde Romam petiit, ubi per biennium eſt commoratus. Interea propter ipſius pietatem, eruditionem, et conſtantiam pontifici carus fuerat; quem poſtea idem pontifex ad Jacobum Quartum Scotorum, poſt patris Jacobi Tertii obitum, ad conſiliandum miſit, a quo epiſcopatus Moravienſis ipſi eſt conceſſus. Poſtea a Jacobo Quarto rege in Gallias legatus ad Ludovicum regem miſſus eſt, a quo pro egregia ipſius pietate et

virtute archiepiſcopus Bituricenſis eſt electus. Monumenta ſuae eruditionis reliquit:

Orationes ad Pontifices Alexandrum [et] Julium, Ludovicum, et Jacobum Quartum, eleganter conſcriptas.

De Concordia Eccleſiae, lib. I.

De Laudibus Ludovici Regis.

Claruit anno 1515 regnante Jacobo ejus nominis quinto.

DE JOANNE VIGILANTIO.

JOANNES VIGILANTIUS, alias Walker, Fermeloduni natus, a teneris annis in Haddintonenſi ſchola educatus, non modo pietati ab ipſa ſtatim pueritia ſtudebat, verum etiam meliores artes excolere coepit, quo nomine poſtea Academiam Andreanam literis florentem, et in ea Leonardinum Collegium pro ſuo petiit ſtudio; unde poſtquam utriuſque linguae et Graecae et Latinae cognitionem, ac ſcholaſticae cum philoſophiae tum theologiae ſcientiam adeptus eſſet, tandem titulo magiſterii curſu abſoluto ornatus eſt. Deinde data occaſione commoda peregrinandi, in Gallias transfretavit, inde Nemauſum eſt profectus, deinde Montiſpeſſulam, ubi in utraque profeſſionem ſuſtinuit. Toloſae, dum ex Italia rediret, per Jeſuitas religionis ergo percuſſus, et in domo incarcerationis conjectus, quod religionem Chriſtianam et orthodoxam objurare renuerat. Scripſit

Luſus Poeticos.

Orationes.

Praefationes in Ariſtotelem.

Floruit ſub Jacobo Sexto, et Primo apud Anglos, rege, anno 1616.

DE GULIELMO RAMISAEO.

GULIELMUS RAMISAEUS in Fifenſi agro natus, Andreapoli in bonis literis initiatus, poſtea in ordinem Benedictinum admiſſus in Angliam

eſt profectus, ubi ſe monachis fratribus in Crolandio Monaſterio junxerat, apud quos magnum nomen eruditionis eſt adeptus. Exercuit poſtea ingenium non modo in ſoluta oratione, ut teſtatur Lelandus Anglus, verum etiam carmine, cum Scoti plerunque a natura in hoc genere excellant. In flore enim juventutis antequam ad maturam aetatem perveniſſet, haec monumenta eximiae eruditionis reliquit.

Vitam Edmundi Oſtro-Anglorum Regis, verſibus heroicis conſcriptam.

Vitam Neoti etiam carmine.

De legendis Ethnicorum Scriptis, lib. I.

De Vitis Philoſophorum.

Super Bedam de Temporibus.

Claruit anno gratiae per Chriſtum ſervatorem 1178, regnante Wilhelmo rege Scotorum.

DE SANCTO FURSAEO.

Fursaeus vir fuerat vitae venerabilis, in Inſulis Hebridum natus, nobilis quidem genere ſed nobilior fide, ſeculi dignitate inter ſuos clarus, ſed divina gratia ubique praecipuus; erat enim forma decorus, corpore caſtus, mente devotus, affabilis colloquio, amabilis aſpectu, et bonorum operum et gratiae plenus, ab infantia in ſacris literis et monaſticis diſciplinis eruditus. In Angliam cum paucis fratribus adveniens, a rege Orientalium Saxonum Sigeberto honorifice ſuſceptus eſt, ubi in Knobereſburg, permiſſu regis Sigeberti, monaſterium conſtruxit, quod poſtmodum Anna ejus provinciae rex aedificiis et poſſeſſionibus non modice auxit. Curam monaſterii fratri ſuo Follano tandem commiſit, et cum altero fratre Vultano annum integrum, quotidianis vivens laboribus, in eremo peregit. Turbatam deinde incurſione gentium videns provinciam, in Galliam navigavit, ubi ope Erkelvaldi Patricii Latiniacum monaſterium conſtruxit. Tandem mori-

tur decimo ſeptimo calend. Februarii, in villa quae Perona dicitur ſepelitur, anno Chriſti 636, regnante in Scotia Donaldo rege.

DE SANCTO FIACRIO.

S. Fiacrius confeſſor, vir vita mirabilis, in ſeptentrionalibus Scotiae partibus oriundus, ſed a propinquorum cura ſolutus, et ſeculi tumultu expeditus, ſolitariam cupiens vitam ducere, parentes patriamque reliquit, et duce Domino in Franciae partes pervenit, ubi S. Pharonem Meldorum epiſcopum petiit; quem, cum S. Fiacrius cum ſociis hoſpitalitatis gratia expetiiſſet, piiſſimus Pharo lubenter ſuſcepit, cui domicilium in ſilva proxima, ut vitam ſolitariam cum ſociis degeret, conſtruxit; ubi tranſiit ad gaudia caeleſtia decimo quinto calend. Septemb. anno Domini 622, regnante in Scotia Ferchardo rege.

DE SANCTO LAURENTIO.

Sanctus Laurentius, Archiepiſcopus Dublinienſis, in Iona inſula natus ex claris natalibus et de nobili proſapia, fuit per matrimonium regis Hiberniae conſanguineus; in bonis literis et moribus in pueritia egregie educatus, donec in adoleſcentia curſum philoſophicum et theologicum abſolviſſet. Poſtea accidit ut in Hiberniam transfretaret, ubi per id tempus Glindalacenſis epiſcopus vitae diem extremum clauſerat, ſedeſque cathedralis ejus obitu vacaret, in ejus tamen loco epiſcopus fieri recuſavit; deinde paulo poſt accidit ut Georgius archiepiſcopus Dublinienſis ex hac vita commigraret. Ejus ſede vacante, permulti ambitione caecati, generis nobilitate et literarum ſcientia tumentes, dignos ſe illo praeſulatu exiſtimabant; ſed eos ut improbos depulit Dominus ab honore, quippe qui ſuperbis reſiſtit, humili autem et manſueto Laurentio apud electores tantam conciliavit gratiam, ut cum de eligendo paſtore tractaretur, ſubito afflatu Spiritus Sancti Laurentius eligeretur; namque et generis nobilitate,

ut antea diximus, et morum honeſtate erat apud eos clariſſimus, et, juxta apoſtoli doctrinam, de conſtituendo epiſcopo Timotheum et Titum admonentis, irreprehenſibilis, Dei diſpenſator. Atque ita glorioſus Chriſti confeſſor, Laurentius Dublinienſis archiepiſcopus, et legatus Hiberniae, plenus dierum, perfectus et conſummatus in operibus bonis, Chriſti cohaeres, ad Chriſtum migravit, 18 Calend. Decemb. anno 1181, regnante in Scotia Wilhelmo rege.

DE SANCTO VIRGILIO.

S. Virgilius, in Inſulis Hebridum de nobili proſapia ortus, literarum ſtudiis ita animum applicuit, ut inter doctos ſui temporis atque climatis doctiſſimus haberi potuiſſet, morum etiam honeſtate nihilominus clareſcere ſtuduit: in Galliam igitur transfretavit, ubi ab illuſtriſſimo Francorum rege Pipino, qui major domus dicebatur, apud Kariſiacum honeſte exceptus fuit, et quia literarum ſcientia, cum morum honeſtate, in ipſo exuberavit, rex eum ſicut tubam evangelicae praedicationis libenter audiendo duobus fere annis apud ipſum retinuit; deinde poſtea ad epiſcopatum Saliſburgenſem a rege Pipino eſt evectus: huic epiſcopali dignitati praefuit annis triginta. Ex hac vita diſceſſit cum magno ſuorum moerore, anno Chriſti 784, 5 calendis Novemb., regnante in Scotia Achaio rege.

DE INGERAMO LINDESIO.

Ingeramus Lindesius, ex veteri et nobili Lindeſiorum ſtirpe oriundus, a juventute in optimis diſciplinis a parentibus nobilibus inſtitutus, nec contentus domi literas et bonas artes ediſcere, verum amore literarum et ad majores progreſſus faciendos, etiam variarum artium cognitione informandus, in Gallias ad celebrem illam Pariſiorum Academiam eſt profectus, atque ſpem de eo ante diſceſſum non ſolum non fefellit, ſed etiam ante reditum in patriam ſuperavit; in ipſius

enim ſtudiis plus aliquid quam vulgare in eo apparuit; in utroque jure, canonico et civili, operam egregiam Pariſiis navavit. Poſt ejus reditum in patriam, pro ipſius inſigni eruditione et ſumma pietate ad munus epiſcopatus Aberdonenſis conſenſu omnium canonicorum illius eccleſiae, vocatus fuit; in quo munere ita ſe geſſit, ut nomen optimi, immo doctiſſimi et piiſſimi epiſcopi, dum viveret, apud omnes conſecutus ſit. Humaniores artes, quas optime callebat, cum theologia, ſcientiarum domina, convinxit. Jamque ad ea quae poſteritatis utilitati, ſuae famae immortalitati conſulens, in lucem emiſit, veniamus:

In ſextum Decretalium, et Clementinas, acuratas et dignas Enarrationes.

Commentaria varia in varias Apoſtolorum Epiſtolas.

Sermones varios.

Extant codices, viri diligentiae indices in re literaria; et multa alia temporum malignitate, cum Angli Aberdoniae omnia fere doctorum ſcripta comburerent, perierunt, ut teſtantur Boethius et Chronicon Sconenſe. Mortuus anno regis Jacobi Secundi vigeſimo ſecundo, Chriſti vero [1458.]

DE BALDREDO BISSAIT.

Baldredus Bissait, in agro Stirlinenſi natus, ex antiqua Biſſaitorum familia oriundus, ex qua familia plurimi viri egregii in armis floruere aliquando, maxime vero tempore Roberti Bruſii. Hic a teneris annis nutritus in ſchola Stirlinenſi, in qua plurimum in literarum ſtudiis profecit; cum autem ad maturiorem aetatem perveniſſet, ad Academiam Andreanam eſt profectus, ubi curſum philoſophicum perfecit; deinde in Gallias profectus, ubi majora et meliora didicit. Poſtea breviter in patriam rediit, ubi ſcripſerat

Lib. I. de Jure Regis Roberti contra Joannem Balliolum.

Tractatum ad Pontificem Bonifacium contra Ecclefiam Anglicanam.

Pro Privilegiis Ecclefiae Scoticanae.

In Defenfionem Ecclefiae Catholicae Tractat.

Claruit anno Chrifti 1303.

DE

SCRIPTORIBUS SCOTIS

LIBER ALTER.

DE

SCRIPTORIBUS SCOTIS

LIBER ALTER.

DE SANCTO ALBANO, SCRIPTORE PRIMO ILLUSTRI SCOTORUM.

ALBANUS martyr, natione Scotus, qui ab Albania eo tempore, nunc Scotia, nomen accepit, idque dum inter Italos et Anglos degeret. Erat autem ex illuſtri proſapia Scotorum oriundus, arte et Marte ſimiliter clarus ab adoleſcentia ſua; nam cum utriuſque philoſophiae ſtudio rei militaris exercitium copulabat. In ſacris et profanis literis, ſub optimo praeceptore Amphibalo Culdeo, conterraneo ſuo, erudiebatur; cum quo Romam petiit, ubi ſub Diocletiano tribuno ſpatio ſeptem annorum militavit. Reverſus demum in Britanniam Verolamii ſubſtitit. In perſecutione illa crudeliſſima ſub Diocletiano Imperatore, cum intelligeret Amphibalum praeceptorem ſuum pro evangelii praedicatione ad mortem quaeſitum fuiſſe, ſub ejus amictu inquiſitoribus ſe obtulit Albanus, qui tormentis exagitatus, ſecuri tandem martyr percutitur. Fuit itaque illius inſulae protomartyr, locuſque in hodiernum uſque diem Albani Fanum nuncupatur; ut Baronius, Uſuardus, Notkerus, Fortunatus, Trithemius, Breviarium Eccleſiaſticum, Dempſterus, et alii multi teſtantur. Hartmannus etiam canit:

Scotia ſe Albano felicem martyre clamat,
Victima qui Chriſto prima Britanna fuit.

Eorum quae ſcriſperat, partim temporis injuria, partim hominum incuria, nonnulla perierunt; haec ſubjecta tantum ad noſtram notitiam pervenerunt.

Ad Amphibalum Epiſtolae plures.
Ad Cornelium Tacitum Epiſtola.

Plura eum ſcripſiſſe haud dubium eſt. Claruit anno poſt Servatoris adventum in carnem 286, ſub Crathlintho rege Scotorum.

DE HILDEBERTO.

HILDEBERTUS, Archiepiſcopus Scotorum, ex Trithemio, Baleo, aliiſque, natione Scotus, ex Collectaneis Gilberti Bruni, Dempſteri, et aliorum, praeceptor Coelii Sedulii Scoti, Graecorum epiſcopi, et diſcipulus Niniani Candidae Caſae epiſcopi, non autem Berengarii, ut perperam aſſerit Trithemius; aut enim hunc noſtrum Hildebertum diverſum facit a Cenomanenſi epiſcopo, quod quidem cum viris doctis pleriſque non facile dixerim, aut in tempore graviter lapſus eſt, qui illum ſemel ponit ſub 1090 anno, alias ſub 400, Berengerium vero ſub 1300. Utcunque vir erat in ſcripturis ſanctis eruditus multum, ſecularium etiam literarum non ignarus, ingenio acutus, et multum diſertus eloquio; non minus vita quam ſcientia reverendus, in utriſque nulli ſuo tempore ſecundus. Theologicae profeſſionis culmen aſcendit, in ſtricta ſimiliter ut in ſoluta oratione gravis, terſus, et eruditus; unde hiſce nominatus, primo fit epiſcopus Cenomanenſis, deinde Thuronenſis, denique archiepiſcopus Scotorum. E Scotia autem in Galliam, mox in Italiam, noviſſime in Graeciam, profectus eſt. Scripſit utroque ſtylo, metrico ſcilicet et proſaico, quaedam praeclara opuſcula; de quibus iſta feruntur.

De Miſeria hujus Vitae, lib. I.
Super toto Officio Miſſae, lib. [I.]
De ſuo Exilio, lib. I.
De Sacramento Altaris, lib. I.

Vita Mariae Aegyptiacae.

Ad Monachos Limenſes Epiſtolae plures.

Scripſit etiam diverſas ad diverſos Epiſtolas, verborum venuſtate egregias, ſententiis utiles, et ſententiarum coloribus adornatas, teſte Henrico de Gandavo. Claruit, ex Dempſtero et aliis, anno Domini 400, ſub Eugenio primo Scotorum rege illius nominis.

DE PELAGIO.

Pelagius, doctorum omnium ſuffragio, ex Britannia oriundus, ab Anglis rejicitur, tanquam Britannus ſeptentrionalis et in Scotia inter Brigantes natus, quod talem ſcilicet tantumque haereticum in Anglia natum eſſe minime voluerint. Alii etiam ſcriptores eum Scotum potius quam Anglum eſſe exiſtimant, pro ipſius ingenii ſubtilitate et doctrina inſigni qua pollebat. Caeterum intrudant eum inter noſtros; condemnamus ipſius errores et haereſes, commendamus tamen plurimum eximiam ejus eruditionem, quam luculenter ſatis in non paucis ejus ſcriptis oſtendit. Hoc ei non patriae aut patriotis vitio vertendum eſt, cum alii variarum gentium viri docti ante ea etiam tempora in primitiva eccleſia extiterint, quos haec lues invaſit, uti Tertullianus, aliique patres, quod teſtantur Rainoldus, Whittakerus, etc. Erat autem Chriſtianorum Scotorum ſcriptorum illuſtrium ſcriptor illuſtris; famati illius Collegii Banochorenſis, ab altera legionum urbe, nunc Ceſtria, non procul, praepoſitus, in quo Chriſtianorum philoſophorum duo millia ac centum ad plebis in Chriſto commoditatem militabant, manuum ſuarum laboribus, juxta Pauli doctrinam, victitantes poſt multos pro grege Chriſti ſudores; vir utriuſque linguae, Graecae et Latinae, gnarus admodum, et omni ſcientia cumulatiſſime inſtructus. Nonnullorum clericorum laceſſitus injuriis, adeo gravatim tulit, ut tandem a fide Catholica in nonnullis fidei articulis defecerit. Poſtmodum in Gallias, in Graeciam, Aegyptum, et Syriam ſe contulit, variaſque alias Orientis partes; ubi ex earum partium monacho praeſul ordinatus, deteſtabilem

ſui nominis haereſin excudit, hominem ſcilicet abſque peccato originali naſci, et voluntatis arbitrio ſine gratia ſalvari poſſe, unde baptiſmum et fidem ſuſtulit, aliaque hujus farinae. Reverſus in patriam, multos haereſi ſua inquinavit. Ante Pelagium, inquit Baleus, non novit Britannia monachiſmum ſuperſtitioſum, neque Chriſti gratiae per confictas allegorias anteferre juſtitiam operum; ex illo enim haec peſtis primo venit, ut ex arbore mala fructus iniquus. Adverſus autem hujus errores ſcripſerunt Auguſtinus, Cyrillus, Hieronymus, Oroſius, Innocentius, Gennadius, et Thomas Bradwardinus. Inſignis hic haereſiarches multa perutilia volumina compoſuit, poſtquam animum ad ſcribendum appulit, unde quidem non immerito, ob felicem indolem in omni genere artium, ſibi magnam eruditionem comparavit. Scripſit

Studioſis tres neceſſarios de Fide Trinitatis libros, et pro actuali converſatione, lib. I.

Eulogiarum ex divinis Scripturis lib. I. capitulorum indiciis in modum Sancti Cypriani Martyris praeſignatum.

At poſtquam haereticus deſignatus eſt, multo plura edidit haereſi ſuae faventia, et cum vera pietate pugnantia. Scripſit

Expoſitiones in Paulum, lib. XIV.

De Moribus Clericorum, lib. I.

Ad Bonifacium Comitem, lib. II.

Ad Albinam et Melaniam, lib. I.

De Liberi Arbitrii Vigore, lib. I.

Epiſtolas ad diverſos, lib. I.

Unde erat a ſuis popularibus in exilium actus, ut in Epiſtola ad Martinum Quintum Valdenus habet. Claruit anno ſalutiferi partus 390, ſub Eugenio Primo Scotorum rege, et Maximo Britannorum rege; condemnatus tandem per epiſcopos in Epheſino, Carthaginienſi, et Milevitano conciliis, qui tamen in papiſmo errores in hodiernum uſque diem defenduntur.

DE D. NINIANO.

D. NINIANUS, natione Scotus, ex regio quidem ſanguine procreatus. Is ubi prima literarum fundamenta jeciſſet inter monachos Huenſes, et, ob ingenii perſpicuitatem, praeclaram operam artibus et linguis navaſſet, deſiderio peregrinandi captus, vir moribus honeſtiſſimis et modeſtiſſimis, atque humilitatis amantiſſimus, primo in Gallias, deinde, pertranſitis Alpibus, amore literarum in Italiam profectus, Romam petiit; ubi poſtquam bonas literas et Chriſtianam pietatem apud divini verbi miniſtros ſinceriſſime hauſiſſet, celer in patriam reverſus, fidelis Dei vineae colonus alios piiſſime inſtruxit, Scotos in *Chriſti* fide imbecillos confirmavit et docuit. Erat in meditatione et praedicatione divini verbi aſſiduus, liberalis in orphanos, viduas, et pauperes, mitis et benignus in omnes homines; has enim laudes tribuit ei venerabilis Beda, et alii ſcriptores poſt illum. Ejus pia induſtria *Picti* primum et Auſtrales Scoti, relicto idololatriae cultu, veram *Chriſti* fidem perceperunt; quibus cum diu ſacras literas expoſuiſſet, et vigilanter verbum Dei praedicaſſet, tandem eorum factus *eſt epiſcopus* ad Candidam Caſam, ubi eccleſiam in B. Martini avunculi *ſui honorem* condidit et conſtruxit, et ſedem epiſcopalem in Gallovidia *primus* fixit; in quo poſtea loco templum peregregium ejus nomine *conſecrabatur*, et maxima peregrinantium frequentia religioſe nimis colebatur. *Hoc* etiam luculentiſſimum teſtimonum erit illius *ſanctae et inculpatae* vitae, quod cum bella inter Scotos, Pictos, [illegible] *Britannos maxime* aeſtuabant, illi tamen ad ſingulos, cum liber[illegible] *imus pateret* aditus: arbitrabantur ſiquidem in Ninianum, [illegible] *lae virtutis* gloria praeſtantem, fucum, dolum, malitiam, null[illegible] *dere potuiſſe*. Denique, cum apud eo[illegible] multo[illegible] *docuiſſet*, quaedam pia et erudit[illegible] *eſiae et poſteritati* reliquit, quo-

[illegible] *s, lib. 1.*

Meditationes in Davidicos Hymnos, ſive Pſalmos, lib. I.

Ex Sententiis Sanctorum lib. I.

Epiſtolarum lib. I. ad Monachos ſui ordinis.

Et alia plurima quae injuria temporis perierunt. Plenus tandem dierum, et bonorum operum dives, ad Candidam Caſam, in templo ei dicato, vitam cum morte commutavit, 16 Calend. Octobris, anno reparatae ſalutis 432, ſub Ferguſio Secundo. Ejus vitam ſcripſit Aldredus abbas Rivalenſis.

DE COELIO SEDULIO.

SEDULIUS ſenior, vel Coelius Sedulius, preſbyter, natione Scotus; Scotigenam etiam ipſe ſe nominat initio cujuſdam epiſtolae ad ſuos auditores: Sigebertus, Bellarminus, et Eccleſiaſticae Hiſtoriae Cent. V. Henricus de Erfordia, Trithemius, Leſlaeus, Baleus, Gelaſius Papa, Boſtonus Burienſis, Paterius, Remigius, etc. Is a parentibus in omni literarum et virtutum ſtudio a teneris [annis] educatus, prima eruditionis fundamenta ſub Hildeberto, doctiſſimo Scotorum archiepiſcopo, poſuit, cui ab ineunte aetate non indiligenter diſcipulus adhaerebat: quo praeceptore tandem defuncto, Hiſpaniam, Galliam, Italiam, Graeciam, et Aſiam, majora diſcendi deſiderio peragravit. Poſtremo poſt publicatas in Achaia regione, non ſine multorum emolumento, lecturas elegantes, Romam adhuc rurſus revertebatur, et multo ſudore comparatos doctrinae theſauros ubertim ac magnifice illic quoque diſtribuit; vir in divinis ſcripturis exercitatus, et in ſecularibus literis eruditiſſimus, unde recondita eruditione imbutus, eccleſiam poſtea praeclaris ingenii ſui monumentis, tum aſtricta tum ſoluta oratione ſcriptis, illuſtravit; eouſque ut in Decretis diſt. 15. Gelaſius pontifex venerabilem Sedulium vocaverit, ejuſque non mediocri laude commendaverit ſcripta. Ipſemet de ſe ſcribit ad Macedonium, impatiens ſibi contigiſſe divinitus ingenium. Ex quadam ejus epiſtola patet, ſcholam etiam ipſum alicubi aperuiſſe, et habuiſſe auditorum coetus, quibus Graeca ſimul et Latina

tradiderit, et dubio procul, ut inquit alius teſtis, philoſophica et ethica. Ejus etiam praeconia olim proferebant Paterius, Gregorii Magni diſcipulus, ac Remigius Altiſiodorenſis in Commentario ſuper eundem Sedulium. Clarus fuit in Italia temporibus Theodoſii poſteribus, ait Henricus de Erfordia. Sordere diritate Mahometana Graeciam oppreſſam non ſinit Coelius Sedulius, inquit Dempſterus noſter. Trithemius ex Sigeberto refert eum epiſcopatum geſſiſſe alicubi, ſed nomen loci non eſt annotatum. Scripſit autem et metro et ſoluta oratione plura opuſcula, de quibus apud Boſtonum Burienſem, et Trithemium, ac Baleum, ſubjecta tantum reperi.

Ad Macedonium Abbatem opus inſigne, juxta ſeriem totius Evangelii, quod praenotavit Carmen Paſchale, lib. IV. metrice.
De Signis et Virtutibus, lib. I.
Geſta et Miracula Chriſti, lib. IV.
Super utroque Teſtamento, lib. II.
In Pſalmos Davidicos, lib. I.
Collectanea in Paulum, lib. XIV.
In Paulum ad Romanos, lib. I.
Ad Corinthios, lib. II.
Ad Galatas, lib. I.
Ad Epheſios, lib. I.
Ad Philippenſes, lib. I.
Ad Coloſſenſes, lib. I.
Ad Theſſalonicenſes, lib. II.
Ad Timotheum, lib. II.
Ad Titum diſcipulum, lib. I.
Ad Philemonem, lib. I.
Ad Hebraeos, lib. I.
De Factis Chriſti, proſaice, lib. II.
Ad Caeſarem Theodoſium, lib. I.
Exhortatorium ad Fideles, lib. I.

Epiſtolas ad diverſos, lib. I.
In [ſecundam] editionem Donati, lib. I.
In Priſciani volumen, lib. I.
Carmina diverſi generis, lib. I.

Edidit et Hymnos, quibus eccleſia utitur apud pontificios, ſcilicet, "Hoſtis Herodes impie," et "A Solis ortus cardine," atque alia plura. Hic tandem, ut Sigebertus ſcribit, epiſcopus ordinatus fuit, ſed eccleſiam vel urbem ubi non exprimit. Claruit anno Chriſti 434 ſub Caeſare Theodoſio juniore, Ferguſio Secundo in Scotia regnante. De hoc auctore plura ſcribunt Sigebertus et Boſtius.

DE SANCTO PATRICIO.

Patricius, Hibernorum Apoſtolus, natione Scotus, ad Kilpatrik in Scotia 22 die Auguſti in lucem editus, ab ineunte aetate a parentibus ſacris literis traditur imbuendus. Ipſe vero animum adhibuit literarum ſtudiis, praecipue tamen pſalmis, hymnis, et canticis ſpiritualibus diſcendis, in jejuniis et vigiliis multis, ac piis ſanctorum laborum exercitiis corpus tenerum conterens. Simul ac ipſe puer ſextum decimum attigiſſet annum, cum aliis pluribus compatriotis a piratis fines illos depredantibus rapitur, et in Hiberniam ducitur. Poſtea a ſervitute liberatus in Britanniam rediit, ubi bonas literas avide ſcienterque diſcere coepit, optimis uſus praeceptoribus, qui Martinum avunculum primo, et Germanum Altiſiodorenſem antiſtitem poſtea, dum ille Britannos a Pelagiana haereſi liberaret, per multos annos praeceptores obſervavit: a Palladio inſtitutus, teſte Buchanano. Deinde in patriam rediens ad Glaſtonienſe monaſterium ſeceſſit, ibique plus quam annis triginta vixit. Tandem Romam profectus, ad Hibernos inſulares a Caeleſtino Primo Romae pontifice apoſtolus mittebatur, cum Segetio preſbytero, qui Pelagianae haereſi in Scotiam pullulanti obviam iret, poſt Palladium defunctum. Sed poſtquam ibi haereſin illam eradicaſſet, et ſacella varia fundaſſet, in

Hiberniam trajecit, ubi cum incredibili ſpiritus fervore evangelium per plurimos annos praedicavit. Dictus fuit Magonius a plerisque, ob inſignes virtutes Magnus cognominatus, qui, ob vitae ſanctimoniam et miracula, Hiberniam totam convertit ad fidem Chriſti, quadraginta annos in Hibernia eccleſiam regens. Portus autem in Gallovidia, e quo navem ſolvit cum in Hiberniam navigaret, hujus rei memoriam ſervat: scopulus in Glotta, qui in medio flumine ſitus, impune plenis velis illatas naves innocuus excipit. Fertur autem vir doctus et pius ſtudioſe ſemper antiquitates Britanniae quaeſiviſſe, maxime Britanniae ſeptentrionalis, Scotiae ſcilicet, quae ad Chriſti fidem confirmandam faciebant; reperiiſſe vero Commentaria Medunii de Actis Damiani et Fugatiani in Britannia, verum liber ille carie pene obliteratus erat, unde niſi probabili conjectura legi non poterat. Scripſit Patricius

De Futura Electorum Vita, lib. I.
De tribus Habitaculis, lib. I.
De Antiquitate Avalonica, lib. I.
Itinerarium Confeſſionis, lib. I.
Hodoeporicon Hiberniae, lib. I.
Hiſtoriam Hiberniae, ex Ruano, lib. I.
Sermonum lib. I.
Contra Gentilium Superſtitiones, Epiſtolas ad Creticum Tyrannum, lib. I.
Ad Avalonis Incolas Epiſtolam.
Ad ſuos Scotos Epiſtolas plures.
Ad Hibernenſes Eccleſias Epiſtolas plures.
Abjectoria quaedam 366, lib. I.

Et alia plurima. Tandem vir Dei bonis operibus abundans, et aetatis anno 122, anno vero Domini 490, prope Dunenſem Ultonienſis provinciae urbem abſumptus, in quadam ſpelunca ſepelitur, Congallo apud Scotos regnante.

DE SERVANO.

SERVANUS, natione Scotus, Scotorum episcopus, et Orcadum Apostolus, ex Scotis parentibus in ipsa Scotia natus et educatus, disciplinis honestis et studiis liberalibus, eruditis juxta ac piis, animum virtutibus dedicatum applicuit; a teneris annis ita in bonarum literarum studiis enutritus sub optimo praeceptore Palladio, cujus vestigiis sanctis firmiter haesit, ut jam vir factus omnium scientiarum genere evaserit instructissimus. Morum suavitate, vitae integritate et sanctimonia, ac singulari doctrina, splendorem generis non aequavit modo, sed etiam superavit. Vir a natura plane ad virtutem et bonas literas capessendas factus et formatus, ad industrios etiam studiosorum conatus promovendos natus, qui tam ardente perfectionis Christianae flagrabat amore, ut de virtute in virtutem procedens, semper se meliorem fieri contenderet. Bonis tandem literis et eximiis virtutibus ducibus, successu temporis ad Orcades insulas eum, episcopatus auctoritate cumulatum, ut gentem ibi rudem et barbaram fide Christiana imbueret, Palladius allegavit, ut Orcades et Insulanos illos Christianae religionis cultum doceret; quod et studiose fecit, tanto religionis pietatisque proferendae studio officii sui partes cumulate explevit, partim haeresin Pelagianam ex Insulanorum animis evellendo, partim religionis puritatem illorum jam purgatis animis instillando, ut merito sibi nomen immortale compararet, et Orcadum Apostolus postea censeretur. Kentigernum Scotum inter alios multos discipulum obsequentissimum habuit; qui postea non tantum in Orcadibus, sed in variis etiam Scotiae partibus, strenue et fideliter veram Christi religionem propagavit. Congessit, ut testantur Boethius, Lelandus, et Scotichronicon,

Ad Orcadianos illos Epistolas plures, lib. I.
Contra Pelagianorum Haeresin, lib. I.
De Charitate, lib. I.

De Humilitate, lib. I. et
De Oratione, lib. I.

Caetera ejus fcripta, quaecunque illa fuerint, nobis adhuc incognita manent. Claruit anno Virginei partus 440, fub Eugenio Secundo Scotorum rege, fed quo in loco illic fepultus fit, aperte non invenitur.

DE MACKAYO.

MACKAYUS vel Maccaeus vates, vel Bacharius Maccaeus Pitfeo, Machillus Surio, aliis Macca, aliis etiam Machillas, Bachiarius Macceus Baleo, aliis denique Bacciarius et Bachianus, ab omnibus natione Britannus, ab optimis pluribus Scotus agnofcitur et infulanus: ibi enim apud Hebudes et Aemodes Brigidam aliafque virgines primum velavit, pallium album et veftem candidam fuper ipfarum capita impofuit. Erat etiam S. Patricii difcipulus. Poftquam varia bonarum artium femina et fundamenta mediocria inter monachos jeciffet, difciplinis mathematicis aetate juvenili fe totum addixit. Erat vates infignis et mathematicus peritiffimus, nam omnem juventutem in his ftudiis pofuit: cum autem ad provectiorem aetatem perveniffet, neque domi omnia tempore belli fatis tuta effent, tum majora difcendi cupidus, peregrinationem longam in Italiam ufque fufcepit, unde factum, ut obtrectatores quidam eum aufugiffe ex patria ei crimini darent. Sed edito tandem libello, Romanae urbis pontifici Leoni, ut fertur, fatisfecit, ut ex Gennadio, Honorio, Joanne Capgravio, et aliis, colligere eft. Vir erat felicis ingenii, infigniter eruditus, et hoc nomine ab eruditis viris infigniter celebratus; qui rarae pietatis adolefcens, liberalibus difciplinis, et caeteris artibus, quae ingenuum decent, feliciter inftructus, in theologicis ita profecit, ut populo et clero carus, doctis viris plurimum dilectus, magnatibus et principibus mire gratus et acceptus fuerit: praeterea ita theologiam coluit, ut aftrologiam non vituperaret, imo fummo ftudio in ea fcientia progreffum faceret.

Denique, ut ita dicam, hoc uno infelix, quod quodammodo nimis felix, nimia namque felicitas nimiam ei peperit invidiam. Monumenta etiam ſui ingenii et eruditionis poſteritati, poſteritatis memor, reliquit:

Suae Peregrinationis Apologiam, librum unum.

De Reparatione Lapſi, ſeu de Fructu Poenitentiae, ad Januarium, MS. in Collegio Caii Cantabrigiae, lib. I.

De Fide Perſeverante, librum I.

De Prognoſticis Nativitatum, librum unum. Hunc juvenis edidit, dum incumberet matheſi.

Liber de Recipiendis Lapſis impreſſus eſt in 1 tomo Orthodoxographorum Baſileae.

Caetera non ſunt quoquam, quod ſciam, catalogis inſcripta. In fine, poſt varios labores ab hac vita migravit, incarnati filii Dei anno 460, tempore Dongardi regis.

DE MERLINO.

Merlinus, cognomento Caledonius, in Scotiae confinibus ſive ex daemone incubo, ut multi fabulantur, ſive ex furtiva venere, ut ex Gilda quarto colligitur, natus; ubi adoleſcens bonis literis operam dedit; cum vero maturos veniſſet ad annos, ſtudiis diligenter incubuit, et eruditis artibus ac literis operam dedit, ſcientiis etiam mathematicis, imo magiae potiſſimum naturali, in quibus ſe poſtea nimis exercuit. Admirabilem illam lapidum ſtructuram, Gigantum Choream vocant, quae in hodiernum uſque diem in agro Sariſberienſi conſpicitur, illuc ex Hibernia tranſtuliſſe dicitur. Eduxiſſe etiam fertur praeſtigiis miris ex ſtagno quodam dormientes dracones. Dicunt etiam quod ſuis incantationibus Utherium regem in Gorloidis Cornubiae ducis ſpeciem transformaverit, ut Igernae uxoris potiretur amplexu, et quod ex eo concubitu nefando Arthurum et Annam genuerit. Praedixit Britanniae excidium per Saxones, Dacos, et Normannos, et regibus

fortunas varias, Vortigernum flammis, Aurelium et Utherium veneno, Arthurum vulnere, perituros. Sed de his prudentes judicent: haec enim omnia suis evenere temporibus. Vates erat astrorum peritissimus, qui magnam apud posteros ob divinandi opinionem consecutus. Vir acuti ingenii et bonarum literarum avidi plurimum, Britanniam totam, deinde Galliam, discendi causa peragravit. Arthuro regi valde carus extitit. Fuit etiam philosophiae per suam aetatem studiosissimus, quo nomine et magiae praenituit titulo. Vaticinia ejus circumferuntur, obscura quidem illa et nihil certi continentia, quae vel antequam eveniant, sperare, vel cum evenerint, promissa vera audeas affirmare: praeterea ita composita sunt, ut eadem ad multa diversarum rerum eventa circumflectere et accommodare possis. Multa autem scriptis mandavit; nimirum,

Suarum Divinationum lib. I.
De Albaniorum Fortunis, lib. I.
Prophetiam prosaicam, lib. I.
Super quibusdam Honoribus, lib. I.
De quodam Sexto, lib. I.
Dicta de Septimo, lib. I.
Pro Tempore Regis Arthuri, lib. I.
Contra Vortigerii Magos, lib. I.
Super Arce Vortigerii, lib. I.
Super quodam Cometa.

Utrum autem aliqui ex jam dictis libris sint iidem cum illis ejus Prophetiis et tribus libris vaticinalis Historiae, qui Latine manuscripti inveniuntur Oxoniae in bibliotheca Mertonensi, et Cantabrigiae in bibliotheca publica, necnon Gallice in Collegiis S. Petri et S. Benedicti; praeterea aliusne fuerit ab eo qui Anglis Ambrosius Merlinus dicitur, primum haud facile dixerim, posterius, non differre, sed eundem esse, facile definire. Claruit Merlinus anno salutis humanae 480, regnante in Scotia Constantino Primo.

DE GILDA ALBANIO.

GILDAS ALBANIUS, hiftoricus, Patricii Hibernorum Apoftoli difcipulus, ex Albania Scotiae provincia oriundus, ex regio etiam ftemmate clarus, difciplinis liberalibus affluenter inftructus inter monachos in infula de Columkil, ubi tunc regia fedes Scotorum fuerat ; vir bonarum literarum fumme cupidus, et qui in ftudiis non contemnendos fecit progreffus, fed in pietate multo majores ; laudandus etiam ob virtutes fingulares, vitae fimplicitatem, morum candorem et integritatem. Poft patriae fcholam, ad fpem uberioris doctrinae, adhuc adolefcens in Galliam transfretavit, nec multis poft interjectis annis, in patriam eft reverfus, eo negotio expedito, vir apoftolici ordinis, maximo cum bonorum gaudio, et felectiffimorum librorum fupellectile. Tantae fcilicet eruditionis et virtutis fuit, cum in Galliis, tum in patria, ut nomen apoftolici ordinis adeptus fit, unde ad illum tanquam ad novum apoftolum ex omnibus Britanniae confinibus confluebant, ut ab eo morum gravitatem et religionis finceritatem, fimul cum bonis literis, addifcerent : erat etenim non folum philofophiae omniumque liberalium artium peritiffimus, verum etiam in Veteri Novoque Teftamento verfatiffimus. Eruditione fua optime ufus eft ; nulli fcientiam fuam invidens, multos diligenter docuit quae laboriofe didicerat. Eremi folitaria quaerebat loca, in orationibus atque jejuniis affiduus, vigiliis et ciliciis quotidie macerebat fe. Spiritu etiam prophetico multas praedixit clades : praemonuit ut populus et clerus totius Britanniae, fi fupereventuram cladem effugere velint, quam citiffime recipifcerent : quod fuo tempore propter contemptum verbi divini evenit. Varia ante vitae finem fcripfit, quae ex doctorum virorum bibliothecis collecta fuerunt, ex quibus nonnulla MSS. fervari dicuntur Cantabrigiae in publica academiae bibliotheca. Utroque fcribendi genere contexuit,

Concordantias in quatuor Evangelia, lib. IV.

De primis Incolis Infulae, lib. I.

Acta SS. Germani et Lupi, lib. I.
Regum Britannorum Hiſtoriam, lib. I.
De Victoria Aurelii Ambroſii, lib. I.
Verſus Vaticiniorum, lib. I.
De Sexto Cognoſcendo, lib. I.
Super eodem Sexto, lib. I.

Aliaque opera quae temporis injuria perierunt. Praedicti Gildae vitam ſcripſit Caradocus Laucarbanenſis, hoc addito carmine:

Historiae veteris Gildas luculentus arator
Haec retulit, parvo carmine plura notans.

Tandem de republica literaria optime meritus, 4 Cal. Februarii vitam finivit in inſula Ila, ubi et ſepultus eſt, anno reparatae ſalutis humanae 512, ſub Conrano Scotorum rege.

DE DAVIDE MENEVENSI.

David Menevenſis Epiſcopus, natione Scotus, Paulini et Iltuti praeceptorum doctiſſimorum diſcipulus, vir ſuo ſaeculo vitae ſanctitate et ſingulari doctrina multum celebris, ab ipſis teneris annis in exercitiis pietatis et bonarum literarum ſolicite ab Iltuto Scoto educatus. Spatio decem annorum aſſidue in S. Scripturae lectione et meditatione verſatus, nec alios interea temporis docere aggreſſus eſt. Erat etiam, ut Lelandus et alii dicunt, amabilis valde, vultu venuſtus, forma praeclarus, facundus, eloquens, et quatuor cubitorum ſtatura erectus. Duodecim monaſteria conſtruxit, et monachos ſuarum manuum laboribus victitare inſtituit. Pelagianam haereſin profligavit, unde Cambriae metropolites et primas factus eſt; atque etiam magnam cum Arthuro rege inivit gratiam, adeo ut ab eodem rege ad archiepiſcopatum ſit evectus, ut fuſius tradit Ranulphus Ceſtrienſis, lib. i. cap. lii.: quod ita ad Normannorum uſque tempora permanſit, et omnes epiſcopi Vallorum ab ipſo, ut a ſuo primate, conſecrationem acceper-

unt ; adhibito deinceps nominis ſui titulo, ut Davidis Fanum, incolis Twi Dewi, quod idem ſonat, ea urbs diceretur. Epiſcopus huic ſedi praefuiſſe dicitur annos 65, vixiſſe 146. Fuerat autem David ſanctitate conſpicuus et religione. Inter omnia vero quae de ipſo leguntur miracula, tria mihi, inquit Giraldus, videntur admiratione digniſſima: de origine, videlicet, ipſius et conceptione, et triginta annis ante ortum praeelectione, et de terra quae apud Bevy, etc. Caetera ex Giraldo patent. Contexuiſſe luculenter dictione fertur, ut ejus vitae conſarcinationes teſtantur,

Decreta Synodi Victorienſis, lib. I.
Contra Pelagianos, lib. I.
Regulam Coenobitarum, lib. I.
Homelias Evangelicas, lib. I.

Et varia alia. Claruit anno poſt mundi redemptionem 540, dum in Britannia rerum potiebatur Eugenius Tertius. In ſua eccleſia eſt ſepultus, et poſt annos quingentos ſanctorum catalogo aſcriptus per Calixtum Secundum papam.

DE KENTIGERNO.

Kentigernus, natione Scotus, Glaſguenſis Epiſcopus, Columbae coaetaneus fuit, ex D. Thameta regis Lothi Pictorum filia et nobili adoleſcente Scoto oriundus. Vir plane apoſtolicus erat, confeſſor, epiſcopus, et doctor, ſanctiſſimi viri Servani Scoti diſcipulus ; S. Columbae in omnibus laboribus ſuis comes individuus; Eugenii Tertii, ut credebatur, filius. Vallos ad fidem convertit, et eorum Apoſtolus dici meruit, ut refert Joannes Molanus, theologus Lovanienſis. A Servano fuit baptizatus, teſte Joanne Majore. Profecit bonae indolis puer, prae caeteris ſociis omnibus, in literarum diſciplinis atque exercitiis virtutum: tanto poſtea pietatis zelo, et tam claro innocentis vitae, vivaeque doctrinae exemplo extitit, privatim etiam ita provexit eccleſiae commoda, ut a ſuis ipſi gratia merito debeatur. A primis enim

qui, ut ex moribus liquebit, ſimplicitate columbina ornatus, et omni reconditiori philoſophia inſtructus, virtutis religioniſque fines undiquaque in vicinas gentes, cum Sancto Gallo aliiſque probatis diſcipulis, quam latiſſime protulit. Natus in Kentyra provincia penes Ebudas Inſulas, inſtitutus et edoctus inter monachos Colnkilenſes, qui plurimas cellas monachorum in ea inſula habuerunt, et ubi veteres Scotorum reges ſepeliebantur, quorum ſepulturas adhuc paſſim peregrinantibus conſpiciuntur. Vir eximiae ſanctitatis, meriti, et doctrinae, pater multorum millium monachorum, et monaſteriorum plurium fundator, divini verbi ſeminator egregius, principio operam dedit ut monachorum necteretur ſocietati, ac monaſterium Banochorenſe petiit, in quo praeſul virtutum ubertate cluebat Congellus, egregius inter ſuos monachorum pater: peractis autem annorum multorum in monaſterio circulis, peregrinationem deſiderare coepit, a Britannicis ergo finibus progreſſus, ad Gallicas tendit et Germanicas, velut olim Druidum princeps; Luxovium, locum in Burgundia, a turbidiore populi communione ſegregatum, ſelegit, in quo diſcipulis, monachatus praeceptione informatis, monaſterium magnificum, permittente Theodorico rege, ſimul et Fontanenſe coenobium exſtruxit; a quo rege poſtquam in exilium eſt miſſus. Denique Columbanus Alemaniam ingreditur, ubi S. Gallum reliquit; ipſe vero in Italiam tranſiens, poſt vitam ſanctiſſime tranſactam, in monaſterio Bobienſi, ſeu, ut Marianus Scotus ſcribit, Bovienſi, quod ab eo fundatum et erectum, ſuae liberalitatis ac religionis perpetuum in Italia erit monumentum, ad divorum, quos ordine ac conſtantia vitae ſemper imitatus eſt, coetum proficiſcitur. Multa parabolice ſcripſit.

In Pſalterium Commentarios, lib. I.
Collationes ad Monachos, lib. I.
De Moribus eorum, metrice, lib. I.
Monaſteriorum Methodos, lib. I.
Epiſtolas ad Commilitones, lib. I.
Adverſus Regem adulterum, lib. I.

qui ea Bedae tom. iii., tanquam ipſius facta adſcripſerunt. Vixit anno Domini 630, ſub Ferquhardo primo Scotorum rege hujus appellationis.

DE GALLO SCOTO.

Gallus, ſeu potius Scotus quidam cognomento Gallus, (quod in Galliam miſſus ad propagandam religionem,) e Scotia claris parentibus ortus; qui primo aetatis flore Columbani magiſterio commendatus ut in regularis vitae proficeret diſciplina, tanto autem virtutum crevit augmento, ſuperna gratia ſe praeveniente, tanto quod ſtudio divinas exoptavit Scripturas, ut de theſauro ſuo nova proferre poſſet et vetera; grammaticae etiam regulas metrorumque ſubtilitates capaci conſequeretur ingenio. Obſcura autem Scripturarum tam ſapienter ſcire volentibus reſeravit, ut cuncti qui ejus prudentiam et ſermones audierant, admiratione eum et laude digniſſimum judicarent. Qua ſapientiae maturitate factum eſt, ut univerſorum communi conſilio et juſſione Columbani abbatis, per ſingulos ſacrae promotionis gradus aſcendens, invitus ſacerdotii ſuſciperet dignitatem. Hic in Ticonia urbe ad Lidiniacum flumen, convulſis omnibus idololatriae monumentis, Chriſtianae religionis fundamenta jecit, et radices altiſſime egit. Cum autem Gunzo, Suevorum dux, ad Conſtantienſem epiſcopatum illum vocaret, ſolitudinis amator epiſcopatum illum Joanni diacono et diſcipulo ſuo impertivit. Similiter poſt Euſtachii, abbatis monaſterii quod Luxovium dicitur, obitum, quem bonae memoriae Columbanus eidem loco praefecit, fratres ergo in eodem coenobio conſtituti conſilium inierunt, ut venerabilem Gallum revocarent, et ejus regimini ſe ſubdendo contraderent, Gallus vero eorum poſtulatis renuit. De hoc Gallo Scoto, Cornelius Cornipolitanus in libro de Temporibus, Sanctus Gallus, inquit, e Scotis veniens, apud Helvetios monaſterium aedificabat. Et Volaterranus, lib. xvi. Commentariorum, Gallus abbas ex Hybernicis Scotis, (hoc eſt, Scotis Inſulanis,) oriundus, ſub diſciplina Co-

quindecim millia ſacro ac luſtrico fonte abluerit. Annis praeterea plus minus ſeptemdecim epiſcopale munus Lindisfarnae adminiſtravit. Fuit itaque Northumbriae apoſtolus, Lindisfarnenſis archiepiſcopus, qui regulam Benedictinam reformavit, et S. Heinam, primam conventualem ſuae patriae monialem, velavit. Vir magnae eruditionis et ſanctitatis, incredibilis temperantiae, in divinis literis apprime verſatus: qui, ut tradunt Beda et Major, non aliter docebat quam vivebat, nihil enim hujus mundi quaerere vel amare curabat, et quae ſequuntur. Porro ſcripſiſſe perhibetur,

In Scripturam Commentarios, lib. I.

Homilias et Conciones, lib. I.

De Sancta Trinitate Perſonarum, lib. I.

Conciones quaſdam de ſelectis Locis Epiſtolarum Pauli, etc.

In humanis eſſe deſiit prid. cal. Septemb. anno a plenitudine temporis 651, ſub Ferquhardo Secundo.

DE COLMANNO.

Colmannus, antiſtes, apoſtolici ordinis monachus, non Benedicti, ſed Congelli regulam imitatus, Lindisfarnae archiepiſcopus, et Northumbriae apoſtolus, genere et natione Scotus, in Huenſi inſula et apoſtolicorum virorum collegio ab ipſa pueritia educatus, poſtea inter ſuos magni nominis habitus eſt; regi etiam Ferquhardo, anathemate ab eo levato, ante omnia carus et venerabilis. Ad Lindisfarnenſem autem eccleſiam, poſt Finani obitum, traductus eſt, in cujus loco, incolarum precibus accitus e Scotia, ſuffectus eſt. Ob inſitam, inquit Beda, illi prudentiam multum eum diligebat Northumbriorum rex Oſuius; parſimoniamque ejus, vitae continentiam, et in pauperes commiſerationem, laudabant plurimi; longe plus etiam favebant Scotis quam Britannis Anglo-Saxonum tunc praelati, quod ſuis concionibus eos juvarent. Colmannus maximam Saxonum multitudinem, et inter reliquos Pendam, qui patri Pendae in regno ſucceſſit, ex ethniciſmi

et gentilitatis ſervitute in evangelii libertatem vindicavit. Inter haec tempora gravis orta eſt de Paſchae obſervatione, ac tonſura clericorum controverſia, in Anglia coram principibus et clero. Sic Beda, lib. iii. cap. xv., qui tum prolixam ſubjunxit narrationem. Et, ut Jo. Major refert, Colmannus Aidanum, Finanum, et S. Columbam, et Anatholium pro ſe introduxit. E converſo inſtabat cleri major pars, inter quos praecipuus erat Ronanus nomine, natione Scotus, ut xxv. cap. Beda aſſerit, in Gallia vel in Italia edoctus: et poſtea ſubjungit, quicquid tamen ſit, quidam enim peſtilentiam obortam, alii victoriae palmam ei ereptam, cauſam inſulſivam revertendi ponunt, apud Anglos Colmanus longiorem moram trahere noluit; praeſulatum autem abdicavit, et in patriam reverſus eſt. Inde concedens in Hebrides, monaſterium condidit, et reliquam inibi cum diſcipulis ſuis peregit vitae portionem. Alius enim hic eſt, et tempore prior, illo qui ab Auſtriacis martyrium paſſus eſt, licet a Leſlaeo hi duo confundentur. Hic enim, de quo nos loquimur, Colmannus, alter Colomannus dicitur, qui etiam claruiſſe fertur anno Domini 1013. Congeſſit

Contra Caerimoniales Romaniſtas, pro Sociis Quartadecimanis, lib. I.

Veteres et ſanctas Aſcetriarum Conſuetudines, etc.

Claruit anno virginei partus 670, ſub Malduino rege.

DE CUTHBERTO.

Cuthbertus, Mailroſienſis monachus, et Dunelmiae praeſul, natione Scotus, in Mercia non procul a Bervico oppido, claro ſanguine natus, in teneris annis ſub Eata Scoto primum anteceſſore, deinde abbate Boys, illo in coenobio Mailroſienſi quamplurimos annos tranſegit, quo in loco optimos, tam in divinis Scripturis, quam in artium ſecularium ſcientia, fecit progreſſus. Deinde Colmannum per Northumbriam ſecutus, Lindisfarnam ſe contulit; tandem electus eſt ad episcopatum Hagulſtadenſem, ſed evectus ad Lindisfarnenſem, maxima

ſiquidem inter Saxones, et ſui temporis cleros, pietatis laude excelluit. Hos autem honoris gradus non tam ex ambitioſo cordis elati deſiderio appetiviſſe dicitur, quam, ut virtutis et eruditionis ſuae praemia, merito ei oblatos ſuſcepiſſe: neque vero multo intermiſſo tempore, anachoreticam vitam agere ſummo diſiderio expetit; inſulam ergo deſertam, cui nomen Farnenſis, circiter novem millibus paſſuum ab epiſcopali ſua ſede remotam, et in Germanico Oceano ſitam, petiit, ubi manuum ſuarum labore victum et amictum toleravit. Ab eremo autem nullis precibus avelli poterat, donec tandem rex ipſe in inſulam trajiciens, haud parvo negotio hoc ab eo impetravit. Conſecratus eſt igitur Eboraci ab archiepiſcopo Cantuarienſi ſolenni concione et magnifico ac ſolenni corona. Cum autem vixdum ſecundus epiſcopatus ſui elapſus eſſet annus, ejus pertaeſus eremiticam vitam cupide repetiit, pontificatu ſuo ſponte abdicato, ubi etiam vitae finem fecit. In coenobia ſua mulieres ingredi non fas erat, ex decreto ſuo, cujus rei rationem reddit venerabilis Beda. Plurima ſcripſiſſe perhibetur, inter quae

Ordinationes ſuae Eccleſiae, lib. I.
Praecepta Vitae Monaſticae, lib. I.

In humanis eſſe deſiit 688 anno humanae redemptionis. A Lindisfarna Dunelmum tranſlatum eſt ejus corpus, poſt 414 annos quod templum conſtructum eſt a Malcolmo rege Scotorum. Plurima autem templa Cuthberto dicata, in hodiernum uſque diem apud noſtrates conſpiciuntur; ex his unum prope Edinburgum, antiquum illud quidem, vulgo Occidentale Templum. Claruit ſub Eugenio Quinto.

DE KILIANO.

Kilianus, vel Chilianus, Scotorum genere nobilibus ortus parentibus, a pueritia liberalibus ſtudiis traditus; utque erat felici et praecellenti ingenio praeditus, ſtudiorum rerumque omnium eruditam cognitionem aſſecutus eſt, quam mox longe ſplendidiorem dabant ſingularis vitae

ſinceritas et ſuſpicienda pietas. Erat autem a puerilibus annis pietatis excolendae ſtudio addictiſſimus, et ad mundi contemptum pronus. Adoleſcens itaque monaſterium ingreditur, ubi cum deſideratis et concupitis pietatis exercendae ſtudiis, et ſacrae lectioni divinorum voluminum, et aliorum auctorum lucubrationibus vigilem, ſedulam, et indefeſſam navaret operam, magnam ſane et minime vulgarem in eruditione et pietate frugem et profectum fecit; cumque eſſet natura facundus, eloquentiae facultatem, nativi idiomatis expolitione, mire exornabat. Populum ſerio ſeduloque officii admonebat, idque tanto utilius et efficacius, quod publico inculpatae vitae teſtimonio ſemetipſum imitandae pietatis exemplar proponeret. Quae omnia cum innotuiſſent fratribus monaſterii, primo eum per eccleſiaſticos gradus ad preſbyteratus officium, precibus aſcendere, deinde ejuſdem monaſterii praefecturam gerere coegerunt. Quum vero parum apud ſuos aſſidua praedicatione eccleſiae cauſam, in ritibus hiſce novis, Paſchate, tonſura, et ſimilibus, promoviſſet, deliberatione diſcedendi facta, cum ſuis ſociis, Colomanno preſbytero, Totmanno Levita et diacono, urbe egreſſus, primo quidem in viciniorem regionem Angliam, poſtea in Galliam, ac tandem in Germaniam, et ad Franciae orientalis urbem Herbipolim, quae et alio nomine Wurtzburg dicitur, locum ſibi deſtinatum pervenit. Sed tamen praedicationis interim abſtinuit, donec in epiſcopum conſecratus, majori cum auctoritate Herbipolim reverſus praedicaret. Ad civitatem autem illam Germaniae, ad Moenum nobiliſſimum amnem ſitam, reverſus Kilianus cum praedictis ſociis, veterum eccleſiarum conſuetudines ſacras in Romanas caerimonias mutare laboravit. Et cum videret Goſbertum regium praefectum apud ſe tenere uxoris loco fratris ſui conjugem Geilanam, amanter primum, acerbius poſtea, illum in Dei verbo admonebat. Quod cum odorata eſſet Geilana, furore accenſa, Kilianum et ſocios interfici procuravit, et eorum corpora, ne factum proderet, una cum libris et veſtibus ſub terra abſcondi. Contexuiſſe fertur

Contra peregrinos Ritos ac Cultus librum.

De Paſchate legitimo.

Epiſtolas quoque edidit, et alia.

Martyrium cum ſociis paſſus eſt anno humanae ſalutis 689, regnante Eugenio Sexto.

DE ADAMANNO COLUDIO.

ADAMANNUS COLUDIUS, natione Scotus, preſbyter et abbas monaſterii Huenſis, quod S. Columbanus quondam conſtruxit in inſula Scotiae, congregationis Banochorenſis monachus ordinis apoſtolici, monaſterii ſanctimonialium, ut habet Trithemius, in Anglia, quod Colodi urbs dicitur, praepoſitus; alter ab Adamnano qui Ferquhardi Secundi regis familiaris, Eugenii Sexti regis praeceptor, amicus Brudei, Pictorum regis, ſocius S. Cuthberti; cujus ſacrae reliquiae in Moravia aſſervabantur. Sed hic Scotorum epiſcopus et Northumbriae apoſtolus a teneris annis bonam indolem, et ingenium ad pietatem bonaſque literis optime formatum, oſtendit. Erat acumine ſubtilis, moribus antiquis illuſtris, ac orationis ſuavitate perinſignis. "Vir," inquit Trithemius, "in divinis Scripturis valde ſtudioſus et eruditus, ſecularium quoque literarum non ignarus, ingenio cautus, et dulcis eloquio, vita et converſatione praeclarus, non ſine opinione ſanctitatis, pater multorum monachorum fuit; in comprobandis fidei dogmatibus ſolidus, in diſcutiendis difficultatibus dexterrimus, et diſſolvendis diſputationum controverſiis ſolertiſſimus, in lectione veterum multum verſatus." De memorabilibus Palaeſtinae ac caeterarum Terrae Sanctae locis, eorumque ſitu, cupienter eos loquentes audiebat, qui illas partes viſitaſſent, credens per ipſos clariorem Scripturarum intellectum ſe aſſequi poſſe. Tandem caſu quodam ſine ventorum vi contigiſſe fertur, Arnulphum quendam Galliarum epiſcopum, qui Hieroſolyma venerat, illuc navigio appuliſſe, et de omnibus hiſce, ut hiſtoriographi referunt, Adamannum plene edocuiſſe. In tantum etiam caeleſtium rerum contemplationi ſe dedidit, ut prae exceſſu conſolationis ſpiritualis, mente coelum conſcen-

dere, et quaſi contagiis mortalitatis exutus, angelicis choris intereſſe nonnunquam videretur. Scripſit inter caetera ſatis compoſito ſermone,

De Locis Terrae Sanctae, lib. I. quod quidem ſcriptum Northumbriorum regi Alphredo Notho dedicavit.

De Situ Hieruſalem, lib. I.

De Paſchate legitimo, lib. I.

Epiſtolas quoque edidit.

Ab hoc Bedam multa ſumpſiſſe et ſuis libris inſeruiſſe tradunt. Naturae ceſſit anno Domini 699 ſub Ambirkeletho Scotorum rege.

DE MAIDULPHO.

Madulphus paedagogus, vel Maidulphus, Scotus, vir ingenio ſingularis, intima theologia imbutus, Graece Latineque inſigniter doctus, cum Italis et Gallis Romanarum conſtitutionum acerrimus defenſor extitit. De quo ſic habet Gulielmus Malmeſburienſis in Vita Aldhelmi Epiſcopi : Maidulphus, inquit, natione Scotus, ac ſtudio philoſophus, Malmeſburienſe coenobium fecit, "qui cum natali ſolo voluntarie carens, illuc tandem deveniſſet, nemoris amoenitate, quod tunc temporis in immenſum eo loci ſuccreverat, captus, eremiticam vitam exercuit. Deficientibuſque neceſſariis, ſcholares in diſcipulatum accepit, ut ex eorum liberalitate tenuitatem victus corrigeret. Illi autem procedente tempore magiſtri ſequaces, et ex ſcholaribus effecti monachi, in conventum non exiguum coaluerunt. Horum exemplo et conſortio Aldhelmus informatus," etc. Scholam igitur publicam tam Graecae quam Latinae linguae aperuit, et artes praelegit in coenobio ab eo exſtructo, quod ab eo deinceps una cum urbe cognomentum accipiens, Maildulpheſbery, hoc eſt Maidulphi curia, nunc vero corrupte Malmeſbury, in rei geſtae memoriam diceretur. Hunc Maidulphum, inter nobiles ſui aevi grammaticae profeſſores, ſummi nominis celebritate, et incredibili auditorum frequentia docentem, externa praeſertim juventus effuſe mirabatur, cum ex multa lectione felicique memoria,

abſtruſae doctrinae opes venuſto oris geſtu proferret, et interpretando intacta ab aliis avide ſectaretur. Cupiebat enim obſcuris auctoribus lucem dare, et rancidae vetuſtatis vocabula, jam plane repudiata a ſanis ſcriptoribus, in uſum Graecae Romanaeque linguae revocare. Ad haec, pietate religioneque prius aut antiquius nihil habuit. De Paſchate tamen, tonſura, coelibatu, aliiſque Romanae eccleſiae ritibus cum Finano acriter conflictaſſe, et ſophiſticis elenchis de victoria triumphaſſe fertur; monachalibus impoſturis et papiſtica labe ſordidus, alias doctorum virorum illuſtrium catalogo merito aſcribendus. Compoſuit enim praeſertim contra Britannos et Scotos,

De Paſchae Obſervatione, lib. I.
Pro Tonſura ac Coelibatu, lib. I.
Regulas Artium diverſarum, lib. I.
De Diſciplinis naturalibus, lib. I.
Hymnos ac Dialogos, lib. I.
Epiſtolas quaſdam, lib. I.

Et alia quaedam. Claruit ſub Mordaco rege, anno reſtaurationis humanae per incarnatum Meſſiam 717: in ſuo monaſterio ſepultus quievit, ut Leſlaeus, Baleus, Dempſterus, Geſnerus, et alii teſtantur.

DE BONIFACIO.

Bonifacius, Germanorum Apoſtolus, primus Archiepiſcopus Moguntinus, natione Scotus, monachus ordinis S. Benedicti, ut refert Trithemius, cum eſſet puer quinque annorum, a parentibus ſuis monaſterio in Anglia, quod Miſchele dicitur, oblatus eſt, in quo literis ac moribus ſtudium impendens, vir et doctus et ſanctiſſimus evaſit. Ordinatus autem preſbyter, amore peregrinandi pro Chriſto, venit in Germaniam, ibique praedicans verbum Dei, a Gregorio papa Primo epiſcopus Moguntinenſis ordinatus eſt, et ab ejus ſucceſſore Gregorio Tertio, in archiepiſcopum et primatem Germaniae ſublimatus: qui cum eſſet vir eruditus, non tantum verbo, ſed et ſcripto, commiſſam

Tertium, ad Zachariam Primum, ad Stephanum Secundum, lib. I.

De Religionis Sanctitate, lib. I.

De Rebus Ecclesiae, lib. I.

Contra Haereticos, lib. I. MS. in Monasterio Fuldensi.

Ad Cudbertum Archiepiscopum de Reformatione Cleri Epistola.

Et alia multa, de quibus vide librum nostrum de Scriptoribus nostrae gentis. Martyrium passus est non. Jun. anno nati Christi 755, sub Ethfino rege Scotorum.

DE ALCUINO.

Alcuinus Scotus, in epistola enim xxvi. ipse se Scotorum vernaculum vocat, hoc est, civem, monachus et diaconus, abbas monasterii S. Martini Thuronensis ex Levita, dictus etiam Flaccus Albinus, vel potius Albanus, ex illa parte Hibernicae Scotiae dicta Bredalbin oriundus; in Latina lingua nos vocamus Albaniam, unde tota Scotia antiquitus dicta est Albania. Postquam institutus fuisset inter monachos Huenses in insula de Huy, missus est ad venerabilem Bedam, quem diu Scotiae incolam fuisse constat; et primo illius magisterio, postea Egberti archiepiscopi Eboracensis, traditur, apud quos tum in sacris studiis, tum in profanis, non poenitendos fecit progressus. Vir pius et apprime doctus, atque in omni plane optimarum scientiarum genere versatissimus, praestantissimi ingenii dotibus sublimiter praeditus, inferioribus rei literariae disciplinis, una cum mathematicis ac caeteris philosophicae professionis scientiis, admodum feliciter partis, totus sacris studiis incubuit. Poeta elegans, rhetor disertus, philosophus acutus, disputator subtilis, concionator facundus, in omni denique sermone tersus et politus; has enim scientias sub optimis praeceptoribus didicit et tam acurate calluit, ut alios easdem postea digne docuerit: de quo Bebelius in quadam praefatione hoc scribit: " Albinus,"

habitus eſt, ut Imperatoris Magiſter delicioſus fuerit appellatus, cujus magiſterio ipſe imperator omnibus liberalium artium diſciplinis initiari ſatagebat. Scripſit multa praeclara volumina, de quibus feruntur,

De Sancta Trinitate et Fide, lib. III.
Speculum Vitae Humanae, lib. VII.
In Evangelium Joannis, lib. VII.
In Epiſtolas D. Pauli, lib. XIV.
De Artibus Liberalibus, lib. II.
Homiliae 254 Doctorum, lib. I.
Ad Quaeſtiones Fredigiſi, lib. I.
Ad Eulaliam de Ratione Animae, lib. I.
In Geneſim, lib. I.
In Eccleſiaſten, lib. I.
Ad Diſcipulos, Dialogus, lib. I.
Enchiridion in quibuſdam Pſal. lib. I.
Commentarii in utrumque Teſtamentum, lib. plur.

Et alia permulta, quorum numeroſum catalogum vide apud noſtrum de Scriptoribus noſtrae gentis tractatum. Claruit anno incarnati Meſſiae 790, regnante in Scotia Achaio.

DE CLAUDIO CLEMENTE.

Claudius Clemens, illuſtris generis Scotus, monachus ordinis S. Benedicti, diſcipulus quondam, ut ferunt, Bedae in Anglia, et collega Alcuini Levitae et abbatis, item Joannis Mailroſii, alias Scoti, et Rabani Mauri, illius in legatione ad Carolum Magnum, pro firmando inter Gallos et Scotos foedere, Ticinenſis Academiae fundator, et in ſenectute Altiſiodorenſis epiſcopus. Sanctiſſimi Bedae preſbyteri ſaluberrimas Vuermuthae et alibi lecturas frequentabat, literarum et ipſe avidus, vir in divinis Scripturis valde ſtudioſus et eruditus, et ſecularis doctrinae non ignarus, carmine exercitatus et proſa, utraque philoſophia, divina et humana, inſtructiſſimus, eloquio facundus, in judican-

do acutus ac maturus, et in ſententiis gravis. Quum politiores literas utriuſque linguae, et poeſeos ſtudium magna ingenii dexteritate excoluiſſet, perſcrutandis divinis literis reliquam aetatem et operam dedit. In his non vulgarem profectum conſecutus, probatis moribus et vitae integritate apud eruditos et pios quoſque magnam ſui nominis venerationem promeruit. Vir pius, doctus, gravis, modeſtus, et auctoritate plenus, prudens et cordatus, propter quaſdam ſuas inſignes naturae dotes aptus ad regendum, ſed propter mentis acumen, felix ingenium, et propenſum ad bonas artes animum, multo magis idoneus ad ſtudendum. Addidit ſtimulos et quaſi currentem incitavit ad curſum Carolus imperator, qui Galliam non minus literis quam armis illuſtrare cupiebat, reipublicae literariae praeſidium ſingulare, rarum decus et ornamentum. Nullum igitur non movit lapidem ut beneficiis tanti patroni, quoad poſſet, reſponderet, ejuſque expectationi ſatisfaceret. Hic Claudius ille erat, qui in foro Lutetiae eruditionem omnibus venalem propoſuit, nihilque mercedis loco praeter victum et veſtes repopoſcit. Sanxit inde Carolus rex, ut deinceps linguarum, philoſophiae, ac theologiae gymnaſium illic Lutetiae eſſet, et ut Claudius in eo praelectiones inciperet. Edidit inter alia doctrinae monumenta, ad Chriſtianam religionem pertinentia,

Commentarios in Matthaeum, lib. III.
In Pentateuchum, lib. V.
In Capita Judicum, lib. I.
Enarrationes in Ruth, lib. I.
Super Pſalterium, lib. I.
In omnes Epiſtolas Pauli, lib. XIV.
In Evangeliſtarum Concordiam, lib. I.
Memoriale Hiſtoriarum, lib. I.
Summam quandam, lib. I.
Homilias quoque, lib. I.

Claruit anno communis ſalutis 796, dum Scotici regni ſceptrum

teneret Achaius, rex pius et religiosus. Hunc Claudium Galli aliique scriptores plurimum commendant.

DE JOANNE MAILROSIO.

Joannes Mailrosius, monachus ordinis S. Benedicti, Bedae monachi et doctoris clarissimi quondam auditor atque discipulus, natione et cognomine Scotus, ut Trithemius, Major, Leslaeus, Baleus, et omnes fere consentiunt. Et Uvion, lib. v. cap. xcv. D. Joannes Scotus, diaconus et doctor, et Academiae Parisiensis fundator. Item Possevinus p. 215. Joannes, inquit, Mailrosius cognomento ac natione Scotus. Idem plane refert Gesnerus. Collega Albini, ut habet Trithemius, veniens cum eo de Britannia in Galliam, apud Carolum imperatorem Magnum in pretio fuit. Qui cum esset utriusque linguae, Graecae Latinaeque, peritissimus, primum adjuncto sibi Claudio Clemente, conterraneo suo et pari doctrina viro, postea Alcuino et Rabano, in Gallias, ut supra dictum, transfretavit, ubi auditorium percelebre ex Caroli regis mandato ordinarunt. De hoc Joanne refert Antonius Possevinus quod Romanis displicuerit, quoniam Graecis adhaerens in opinione de Paschatis celebratione, pontificum dogmata improbarit. Vir erat in humaniore literatura cultissimus, qui, oratione tum stricta, tum soluta, elegantissime multa scripsit: urbanitatem etiam morum accurate se scire et alios docere posse profitebatur, acuto et subtili ingenio, atque ad ea quae intendebat persuadendum accommodato; philosophicis studiis usque ad multam aetatem totus immersus, neque interea sacras omnino neglexit literas, imo omnibus aliis, ut par erat, anteposuit. Denique sive doctrinae praestantiam, sive virtutum eminentiam, morum gravitatem, vitae integritatem, singularem in rebus gerendis prudentiam et in negotiis expediendis dexteritatem respicias, erat cum praestantissimis illorum temporum hominibus merito comparandus. Denique, ut futuris seculis prodesset, scripto commisit, ut Bostonus et alii referunt,

Super Canones Arzachaelis, lib. I.
Ad Carolum Regem, lib. I.
Verſus diverſi generis, lib. I.
In Evangelium Matthaei, lib. III.
De Officiis Humanis, lib. I.
De Officiis Divinis, lib. I.
Dialogum de Natura, lib. I.
De Naturae Diviſione, lib. I.
De primo Rerum Principio, lib. I.
De Euchariſtia, lib. I.
Commentarios Scripturarum, lib. I.
Homilias eruditas, lib. I.
De Germanis juxta Irenicum, lib. I.

Atque alia, ut vult Boſtonus. Divi Auguſtini Benedictinorum coenobio Carolus hunc Ticini praefecit; in quo et ſenex obiiſſe putatur anno partus virginei 792, Achaio Scotis imperitante.

RABANUS MAURUS.

Rabanus, cognomento Magnentius Maurus, Fuldae conditor, archiepiſcopus Moguntinus, Alcuini praeclariſſimi non tam collega quam diſcipulus, natione Scotus, ut Baleus Anglus ſatis probat contra Ricobaldum Ferrarienſem, Ptolemaeum, Volaterranum, et alios, qui eum utcunque Anglum nominarunt. Robertus Gonletus Compend. Privileg. Academiae Pariſienſis: "Primam theologiae ſedem in Academia Pariſienſi poſuerunt Alcuinus, Joannes, Rabanus, et Claudius, Scoti." Eadem Genebrardus Chronolog. pag. 519. Girald. Ferrarienſis: "Delati in Galliam e Scotia Claudius Demens, Rabanus, et Alcuinus." Omiſit Joannem, et pro Clemente Dementem male legit. Denique Galli et noſtrates omnes ad unum fere. Tenuerat Rabanus adhuc monachus, inquit Trithemius, ſcholam monachorum publicam in coenobio Fuldenſi, quam etiam abbas continuavit, in qua monachos non ſolum in

facris Scripturis, fed etiam in fecularibus literis omnifariam erudivit; nec folum Fuldenfis coenobii monachos, fed etiam ex diverfis locis aliis ad fe tranfmiffos, multos in omni genere doctrinae difcipulos inftituit. Ex his complures poftea fucceffu temporis ad magnas dignitates promoti funt. Praeceptorem habuerat ex difcipulis Bedae reverendiffimum virum Albinum, monachum et abbatem monafterii S. Martini Turonenfis, Magni Caroli imperatoris quondam didafculum, a quo ipfe haufer at in Gallia, quod alios in Germania poftmodum docebat, cum adhuc puer effet decem annorum. Omne deinceps ftudium convertit ad fcientiam Scripturarum: in omni eruditione tam fecularium quam divinarum Scripturarum doctiffimus evafit; philofophus clarus, poeta infignis, rhetor facundus, aftronomus et computifta celeberrimus. In juventute iis omnibus fcientiis publice privatimque imbuenda maximos ingenii fui nervos contendit. Primam fuam juventutem Benedicti inftitutis confecravit; vir factus, abbas Fuldenfis in Germania omnium monachorum fumma voluntate creatus eft: denique ad Moguntinenfis ecclefiae archiepifcopatum evectus, viginti quatuor annis hoc munus obibat. Tandem fcandalizati in eo monachi, quo maxime debuerant aedificari, qui eum dicebant nimium Scripturis intentum temporalia negligere. Dans igitur locum irae, monafterium et habitatores ejus deferuit, nec poftea, iis poenitentia ductis, eorum precibus revocari poterat. Scripfit de eo nonnullus, nec Italiam Rabano fimilem, nec Germaniam aequalem peperiffe. Libri, quos fingulari quadam eruditione refertos edidit, infiniti pene funt. Scripfit multa et verfu et profa.

Commentaria in univerfam S. Scripturam utriufque Teftamenti.
Libros tres de Inftitutione Clericorum.
De Laude Crucis, lib. II.
Ad Haymonem de Univerfo, lib. XXII.
De Proprietate Verborum et Rerum, lib. XXII.
De Rerum Naturis, lib. XV.
De omnibus Sanctis Homilias, lib. I.

De Computo Dialogum, lib. I.
De Quaeſtionibus Canonum, lib. I.
De Praedeſtinatione, lib. I.
De Ortu et Moribus Antichriſti, lib. I.

Et alia. Vide noſtrum de Scriptoribus Scoticae Gentis Catalogum. Claruit anno Servatoris in carnem venientis 803, Convallo Secundo in Scotia regnante.

DE JOANNE ERIGENA.

JOANNES ERIGENA dictus, aut Airigena, ab Era vel Aira urbe Scotiae celebri, quae alias dicitur oppidum S. Joannis, aliis Joannes Scotus, vel Magiſter Monachus, cognomine et natione Scotus, ut tradit Major, Boethius, Leſlaeus, Buchananus, Dempſterus, et alii. Item Nicolaus papa Primus de eo in Epiſtola ad Carolum Caeſarem ſic ſcribit: "Relatum eſt apoſtolatui noſtro, quod opus B. Dionyſii Areopagitae, quod de divinis nominibus, vel caeleſtibus ordinibus Graeco deſcripſit eloquio, quidam vir Joannes, Scotus genere, nuper in Latinum tranſtulerit; quod juxta morem nobis mitti, et noſtro judicio debuit approbari, praeſertim cum idem Joannes, licet multae ſcientiae eſſe praedicetur, olim non ſane ſapere in quibuſdam frequenti rumore dicatur." Sed et Anaſtaſius de inſigni ſanctitate adhuc viventem collaudat his verbis ad Carolum: "Mirandum quoque eſt quomodo ille vir barbarus, Joannem dico, ille qui in finibus mundi poſitus, quanto ab hominibus converſatione, tanto credi potuit alterius linguae dictione longinquius, talia intellectu capere in aliamque linguam transferre voluerit. Joannem dico Scotigenam, virum, quantum comperi, per omnia ſanctum, ſive potius ſcientem," etc. Fruſtra ergo Pitſeus Nicolaum papam ex aliorum tantum relatione illum genere Scotum nuncupaſſe interpretatur, unde enim ille Eurigenam dictum eſſe vult, ex unico ſcilicet Suffrido Petro. Hic in patria ſchola literis mediocriter tinctus, ſeſe animo ad majora capeſcenda

haud cunctanter accinxit, et in Graeciam usque perrexit; Athenas petiit, literas Graecas, Chaldaeas, et Arabicas didicit, omnemque arcanam philosophiam ita penetravit, ut in omni meliore doctrina vix sui similem quenquam in illa aetate per terrarum orbem habuerit. Post multos autem annos, et plus quam mediocres in literis progressus, in Italiam et Galliam est reversus, a Ludovico Romanorum imperatore accitus. Multiplicis eruditionis nomine Carolo Calvo, ut et Ludovico Balbo, est acceptus. Hujus lepidi ingenii illustre signum hoc fuit, quod regi in mensa percontanti (jocabatur enim rex cum illo saepissime) Quid interesset inter Scotum et sotum? (sotum enim Galli vernacula lingua appellant hominem natura et ingenio stupidum,) Mensam, respondit, salse regem pungens, inter quem et Joannem mensa fuit interposita. Rogatu autem imperatoris, Dionysii Areopagitae Hierarchiam de Graeco in Latinum vertit: extat opus insigne, commentariis Hugonis a S. Victore illustratum. Post missus a Carolo Tertio in Angliam, descendit legatus ad Alfredum Anglorum regem, optimo principi gratulaturus, quod, post partam adversus Danos victoriam, pacem cum Scotis ac Francis inierit: ob eximiam ejus eruditionem, ex legato Alfredo factus est hospes, et tam sibi quam suis liberis adhibitus praeceptor, et, ipso rege postea adhortante, inter otia literaria e Graeco transtulit in tres linguas, scilicet Chaldaicam, Arabicam, et Latinam, Aristotelis Moralia, de Secretis Secretorum. Hunc doctorem rex Oxonium misit, jussitque ut, academia jam restituta, omnium primus ibi bonas literas publice doceret. Argumenta doctrinae suae haec saltem pauca hic attingamus:

De Corpore et Sanguine Domini, lib. I.
Versiones B. Dionysii, lib. I.
In Aristotelis Moralia, lib. IX.
In Hierarchiam Commentarios, lib. IV.
In Theologiam Mysticam, lib. I.
Paraphrasticos tomos, lib. I.
Dogmata Philosophorum, lib. I.

De Immaculatis Myſteriis, lib. I.

Caetera vide apud noſtrum de Scriptoribus Scoticae Gentis Catalogum. Demum ab Alfredo rege praeceptor conſtitutus in coenobio Malmeſburienſi, a malevolis quibuſdam diſcipulis, quorum inſolentiam morumque pravitatem acrius arguebat, inter legendum ſcalpellis praeacutis perforatus eſt et interemptus, non ſine monachorum fortaſſis impulſu, quamvis ab illis mox inter eccleſiae martyres numeretur. Claruit anno a plenitudine temporis 884, ſub Gregorio rege; cujus ſepulchrum, ad magni altaris ſiniſtrum latus ſitum, hoc epitaphio notatur:

> Clauditur hoc tumulo sacer ille sophista Joannes,
> Qui dotatus erat, dum vixit, dogmate miro:
> Martyrio tandem Christi conscendere regnum
> Quo meruit, vivet cum sanctis secula cuncta.

DE MARIANO.

Marianus, cognomento ac natione Scotus, ut omnes conſentiunt, item dictus Marianus Incluſus, primum monachus S. Pantaleonis (ex Trithemio) Colonienſis, deinde Fuldenſis, ordinis S. Benedicti, hiſtoriographus celeberrimus, computiſta inſignis, et theologus gravis, quae nomina in hodiernum uſque diem ſcriptores omnes illi adhuc tribuunt. Vir erat Deo devotus, in divinis Scripturis eruditus, et in diſciplina ſecularium literarum copioſe inſtructus, ingenii ſolertiſſimi, ſermonis politi, linguae expeditae: qui quidem in antiquiſſimis rebus ex abdito in lucem proferendis tam acriter deſudaſſe perhibetur, ut multos errores, qui in eccleſiaſticam hiſtoriam hominum vitio irrepſerant, deleverit, certamque veritatem ſubſtituerit. Hic, cum omnia odiis inteſtinis ſub Machabaeo tyranno arderent, patria ſua ceſſit, et in Germaniam peregrinus aufugit; Coloniae primo quoque tempore in monaſterio D. Martini monachum induit, et in eodem coenobio vitam ſolitariam incluſus duobus annis voluntarie duxit. Ad Fuldam

inde per monachos tranflatus, duodecim annis illic manfit, ibique in monafterio, cui Richardus abbas noftras, non minore pietate quam eruditione infignis, praefuit. Omnibus difciplinis avidiffime atque feliciffime hauftis, juffu abbatis Fuldenfis et archiepifcopi Moguntini, propter fanctitatem et eruditionem Moguntiam evocatus, apud S. Martinum inclufus feptendecim aliis annis, fumma virtutis excitata opinione ufque ad mortem perfeveravit, non fine grandi fanctitatis opinione. Dionyfii Exigui, abbatis Romani, Cyclum Pafchalem correxit, ut a jufta evangelicae veritatis computatione omnia duceret, quae in hiftoriis fequuntur; et ex Afferio Menevenfi chronographo, ut auctor eft Lelandus, flores collegit. Unde Trithemius: "Fuit autem computifta maximus, et temporis tranfacti diligentiffimus cenfor, quod clariffima monumenta, quae edidit, probant." E quibus extant fubjecta:

Volumen infigne Chronicorum ab exordio mundi ufque ad fua tempora, lib. III.
De Concordantia Evangeliftarum, lib. I.
De Univerfali Computo, lib. I.
Sermones varii, et
Plures ad diverfos Epiftolae.
Emendationes Dionyfii, lib. I.
De magno Cyclo Pafchali, lib. I.
Algorifmum quoque, lib. I.
Breviarium in Lucam, lib. I.
Annotationes Scripturarum, lib. I.

Et quaedam alia. Defcribit hiftoriam univerfalem fatis diligenter, inquit Bellarminus de Scriptoribus Ecclefiafticis, fed primus liber caret principio. Continuavit ejus Hiftoriam Dodechinus abbas S. Dyfibodi ufque ad annum Domini 1200. Moguntiae demum obiit, anno reftaurationis humanae 1086, aetatis fuae anno quinquagefimo octavo: in majori templo apud D. Martinum fepelitur, dum in Scotia regnaret Malcolmus Tertius.

DE DAVIDE PRESBYTERO.

DAVID PRESBYTER, a nonnullis David Scotus dictus, erat enim primo ludimagifter Virceburgi apud Scotos monachos in coenobio S. Jacobi Herbipolenfi civitate, poftea Henrico Quinto imperatori a facellis, demum epifcopus Bangorenfis, cognomine ac natione Scotus, ut Godwin, Urfpergenfis, Baleus, Gefnerus, Malmefburienfis, et alii etiam omnes fatentur, licet nonnulli Davidem Scotum a Davide prefbytero diverfum et alium effe exiftiment. Hic in patria fchola literis mediocriter tinctus, antiquorum philofophorum de more, et bonarum literarum amore, longinquas regiones et plures Germaniae atque Galliae academias celebriores adiit. In Germaniam igitur fuperiorem poft varios in re literaria fudores devenit, ubi ludimagifter ad Virceburgenfem fcholam infignem regendam vocatus eft. Paucis poft annis ita fama claruit, ut ab imperatore Henrico Quinto in aulam arceffitus fit, eique a facellis et a confeffione pofitus. "Eo tempore," ut Baleus refert, "Henricus Quintus imperator in Italiam rebus agendis proficifcens, fe non folum armatis militibus, fed et peritis quoque viris ac literatis hominibus munivit, ut per ipfos cuique pofcenti in omni eruditione rationem redderet." "In mandatis ei dederat imperator," inquit Urfpergenfis abbas Conradus a Lichtenaw in Chronicis fuis, "itineris fui curfum, rerum in eo geftarum ordinem, facili ftylo, ut ab omnibus intelligeretur, defcribere." Et Guilielmus Malmefburienfis, in lib. IV. de Regibus, ita loquitur: "David Scotus, Bancornenfis epifcopus, iter Caefaris ad Romam expofuit, quod panegyricum dici poterit, ut in gratiam principis magis quam hiftoricum deceret acclivius videretur." Conradus etiam: "Simplicibus et indoctis confuluit hiftoricus ifte in expeditionis opere per fermonis rufticitatem, ne cuiquam effet ejus lectio gravis." Vir erat omnium virtutum et bonarum literarum ftudiis impenfe deditus, mitis, affabilis, corpore venufto, vultu decoro, moribus candidus, vita integer, omnibus carus et

benignus; denique non vulgari doctrina instructus, et raris virtutum ornamentis insignitus. In scriptis denique communicavit posteritati,

Henrici Quinti Imperatoris in Italiam Expeditionis Seriem, lib. III.

Magistratuum Insignia, lib. I.

Apologiam ad Caesarem, lib. II.

De Regno Scotorum, lib. I.

De Juventute recte informanda, lib. I.

Res gestas sui Temporis per Germaniam.

Et alia multa, praesertim in S. Scripturam, postquam in Guallia cathedralem obtinuerat sedem. Claruit anno post Christi salutiferam nativitatem 1110, dum summa rerum in Scotia penes Alexandrum Primum resideret.

DE RICHARDO DE S. VICTORE.

RICHARDUS de Sancto Victore, natione Scotus, ut habet Bellarminus, monachus ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini ad muros Lutetianos, Hugonis de S. Victore tempore claruit, et in eodem monasterio sanctissime vixit. Fuit quoque S. Bernardi amicissimus, ut ex libris ad eum scriptis perspicuum est. "Theologorum sui temporis nulli secundus, tam enim in scholastica theologia," inquit Major, "quae palaestra literaria et exercitatione acquiritur, quam ea quam utcunque quis solus haurire potest, emicuit: lucubrationes plurimas, lectione dignissimas in publicum emisit. In quodam sermone de Christifera Virgine, omnium expresse primus eam originalis noxae expertem tenuit." Hic Richardus, postquam in patria sua rudimenta philosophiae percepisset, ardentiori quodam discendi studio tactus, impiger Parisios petiit, ubi inter praecipuos doctores et publicos theologiae scholasticae professores ita emicuit, ut magnum et nunquam interiturum nomen et patriae et sibi comparaverit. Omnia S. theologiae, peripateticorum more definiendo, dividendo, et demonstrando, comprobavit, quod qui-

dem ex ſcriptis ſatis liquet. Contra Andream Victorium, ejuſdem ordinis diſcipulum, ſatis mordacem librum edidit. Vir erat in divinis Scripturis eruditiſſimus, et in ſeculari philoſophia nobiliter doctus, ingenio praeſtans, eloquio ſcholaſticus, moribus et converſatione praecipuus; has enim laudes tribuit ei Trithemius. Tres autem erant, ſecundum quoſdam, de S. Victore dicti; Richardus Scotus, Hugo Germanus, et Andreas Anglus, alias dictus Andreas Victorius, et cognomen erat ejus collegii praelectoribus commune tunc temporis. Hujus vero Richardi eruditionem ſingularem et opuſcula pene infinita notiora eſſe arbitror, quam ut hic longa et prolixa inductione enarrari opus ſit; quapropter laconice et ſicco, quod aiunt, pede aliquorum ſuorum opuſculorum titulos ſubtexamus.

De S. Trinitate, lib. VI.
De Gratia Contemplationis, lib. V.
De Statu interioris Hominis, lib. III.
De Eruditione interioris Hominis, lib. III.
Exceptionum lib. IV.
In Arca Myſtica, lib. V.
Epitoma totius Bibliae, lib. I.
Explanatio Difficultatum in Tabernaculo Foederis, lib.
De Viſione Nabuchodonoſor, lib. I.

Et alia permulta, quae extant in duobus tomis. Claruit anno a Chriſti incarnatione 1140, ſub Davide Primo. In D. Victoris clauſtro ad Pariſios inhumatus eſt, et hoc epitaphio monumentum inſignitum:

Moribus, ingenio, doctrina clarus, et arte,
  Pulvereo hic tegeris, docte Richarde, situ.
Quem tellus genuit felici Scotica partu,
  Te fovet in gremio Gallica terra suo.
Nil tibi Parca ferox nocuit, quae stamina parvo
  Tempore tracta, gravi rupit acerba manu:
Plurima namque tui superant monumenta laboris,
  Quae tibi perpetuum sint paritura decus.

Segnior ut lento sceleratas mors petit aedes,
Sic propero nimis it sub pia tecta gradu.

DE MICHAELE SCOTO.

Michael Scotus, cognomento Magus ſeu Mathematicus, Michael Medicus etiam dictus, genere et natione Scotus, quanquam tot viris doctis unicum unius Lelandi opponant teſtimonium quidam Anglici ſcriptores ; atque hac etiam de cauſa, Michaelem medicum, quod ab omnibus Scoti, non autem Anglici cujuſdam, ejus ſcripta habeantur, a Michaele Scoto diverſum ſomniant. Sed haec alias. Hic Michael ab ipſa puerili aetate in literis utiliter educatus erat: matureſcente autem aetate, celebriores academias, ut majores faceret in artibus liberalibus progreſſus, impiger petiit ; Oxonium igitur primo, deinde Lutetiam de more adiit, ubi magno cum fructu mathematicis et philoſophicis ſcientiis operam navavit, et astrologus etiam peritiſſimus evaſit. Peragratis autem multis regionibus, et viſitatis variis academiis, pro adipiſcendis ſcientiis naturalibus, et pro linguarum, non tantum Graecae et Hebraeae, ſed Arabicae etiam et Chaldaicae, cognitione, et ut eum non effugerent illa, quae de rebus mathematicis in quacunque lingua ſcripta ſunt ; unde temporis ſucceſſu factum eſt, ut omnem cultiorem literaturam, omnes artes liberales, mathematicas artes omnes, omnem philoſophiam acurate teneret, denique theologiam et medicam artem hiſce omnibus adderet. Dira illa vulnera, lepram, podagram, hydropſin, aliaque inſanabilia corporis contagia, arte ſua mirifice et nullo, ut videbatur, negotio, ſuſtulit : chiromantiam, phyſiognomiam, aſtrologiam naturalem, cum periaxiomatibus de faciebus ſignorum, et canonibus de aegritudinibus, inſignis hic promanticus adeo diſerte, ut nuſquam fere alius quiſquam, calluit. Ad theologiam autem quod attinet, in ea etiam tantam acquiſivit cognitionem, ut a quibuſdam citetur tanquam auctoritatis magnae eminentiſſimus theologus. Denique nihil reliquum fecerat ad hominem in omni

doctrinae genere literatiſſimum, atque hiſce omnibus nominibus imperator Fredericus Secundus eum in deliciis habuit. Comparata autem doctarum linguarum cognitione, interpretationi ſe conſecravit, qua parte, Rogero Bacone teſte, bonas artes non mediocriter juvabat. Caeterum hunc Michaelem ſuis temporibus inter alios ſummis ornabant laudibus Joannes Picus Mirandulae comes, Symphorianus Champerius, Cornelius Agrippa, viri doctrina inſignes. Penitiſſimos magiae receſſus dicebatur maximo omnium ſtupore indagaſſe, ut ſit, ut apud vulgus necromanticus haberetur. Sed optimum omnium teſtimonium praebebunt ſua opera; inter quae, haec accipe:

De Conſtitutione Mundi, lib. IV.
In Ariſtotelis Ethica, lib. X.
In ejuſdem Meteora, lib. IV.
De Animalibus, ad Caeſarem, lib.
De Somno et Vigilia, lib.
Imagines Aſtronomicas, lib.
De Senſu et Senſato, lib. II.
De Chiromantia, lib.
De Signis Planetarum, etc.

Caetera vide in Catalogo noſtro Scriptorum Scotorum quae extant, nam neque omnia quae in re philoſophica ſcripſit, nec quae de theologicis myſtericis exaravit ulla inveniuntur. Claruit anno poſtquam Verbum caro factum eſt 1290, ſub Joanne Baliolo Scotorum rege.

DE JOANNE SACROBOSCO.

Joannes Sacroboscus, alias Halifax, item de Sacroboſco, vel, ut habet editio Colonienſis, de Sacrobuſco, Scotice ſonat Halywoode, a loco natali nimirum ſic dictus, apud Brigantes, hoc eſt, Gallovidiam, in Candida Caſa, originem ducens, et ibidem uſque ad juventutem in bonis literis et piis moribus egregie inſtitutus, humaniores literas in-

ter monachos Candidae Cafae et Dryburgenfes didicit. Poft jacta optima ftudiorum fundamenta in fchola patria, monachorum clauftris relictis, ad Oxonium fe contulit in Anglia, ubi prima philofophiae et mathefeos elementa obiter tantum guftavit; mox Germaniam verfus iter inftituit, nec diu ibi fubftitit; celebriores tantum academias per vices frequentavit, nec a laboribus ludi literarii et exercitiis fcholafticis interea ceffavit. Deinde Parifienfem Academiam adivit, et quod reliquum erat vitae in ftudiis philofophiae et mathematicarum fcientiarum ibidem contrivit. Liberales artes et omne philofophiae genus accurate tenuit: mathefin inprimis tam expedito cognitionis fucceffu coluit, ut exemplum pene inimitabile pofteris fe exhibuerit; poftpofitis enim omnibus aliis fcientiis, noviffime mathematicas fcientias unice coluit. Hinc Parifienfis Univerfitas eum infignibus magifteriis non immerito ornavit. "Contendere quidem multi et ftrenue," inquit Lelandus, "fcopum ab eo propofitum contingere, at nullus adhuc inventus eft, qui laudem cum eo parem recte fibi vindicet." Quare nec injuria inprimis ejus Sphaera ab omnibus academiis approbatur, recipitur ab illius fcientiae profefforibus, quaeritur, teritur, praelegitur, imo et plurimis doctorum commentariis illuftratur. In ejus Sphaeram fcripfit Fr. Capuanus et Erafmus Ofwaldus, item mathematici multi Parifienfes anno Domini 1516; item magifter Maurus Florentinus Italice, Elias Venetus, Albertus Heron, Chriftophorus Clavius, Pierius Valerianus, Petrus Nonius. Porro fufficientes doctrinae ejus indices habemus non paucas eruditas lucubrationes:

De Sphaera Mundi, lib. I.
De Aftrolabio, lib. I.
De Anni Ratione; five, Computum Ecclefiafticum, lib. I.
De Algorifmo, lib. I.
Breviarium Juris, lib. I.
De Computo Ecclefiaftico.

Atque alia plura. Sub Alexandro Secundo vixit, anno Chrifti 1240.

Lutetiae obiit, et elatus eſt publico Pariſiorum luctu, ſepultus in fano Maturini, inſculpto ſaxo ſepulchrali aſtrolabio, ſigno mathematico, cum his obſcuris de anno obitus verſibus:

M. Christi bis C. quarto deno quater anno,
De Sacrobosco discrevit tempora ramus,
Gratia cui nomen dederat divina Joannes.

Et in circuitu ſepulchri ferunt hoc ſequens legi tetraſticon :

De Sacrobosco qui computista Joannes
Tempora discrevit, jacet hic a tempore raptus.
Tempora qui sequeris, memor esto quod morieris :
Si miser es, plora ; miserans pro me, precor, ora.

DE JOANNE DUNS.

JOANNES DUNS, cognomento Scotus, et Doctor Subtilis, ordinis Fratrum Minorum, Guilielmi Varronis quondam diſcipulus, qui a patria Joannes Duns Scotus dictus eſt; erat enim de vico Duns, octo mille paſſibus ab Anglia diſtante. Hoc autem affirmant non tantum ſcriptores noſtri omnes, ſed etiam Heracletus, Antonius Poſſevinus, Petrus Crinitus, Paulus Jovius, Sixtus Senenſis, Antoninus, Trithemius, Florentinus, Gilbertus Genebrardus, Jamblacenſis, Franciſcus de Petigianis, denique Franciſcanorum et Dominicanorum chronographi; qui omnes ab ingenii acumine ſubtilem pronunciant, et Scotum natione divulgant. Inſuper lapis in mauſoleo Scoti exaratus indicat ejus patriam: "Scotia me genuit, Anglia me accepit, Lutetia Pariſiorum me docuit, Colonia me tenet." Geſnerus etiam et Joſias Simlerus haud aliter ſentiunt, cum omnibus fere antiquis illuſtrium virorum ſcriptoribus; tametſi Cavellus Hibernus eum ex Hibernia ortum eſſe velit, et Lelandus etiam, quique eum ſecuti ſunt Anglici ſcriptores nonnulli, ex Northumbriae comitatu oriundum docere ſtudent: ſed quam frivolis argumentis ducti, haec corroborare nitantur, in tractatu

noſtro de Scriptoribus noſtrae Gentis, aperte et candide, luce meridiana clarius, haud difficulter demonſtrabimus. "Hunc puellum," ita enim loquitur Joannes Major in lib. IV. et cap. XVI. de Scotorum Geſtis, "in grammaticis initiatum ad Oxoniam duo fratres Minores Scoti duxerunt, quia tempore illo in Scotia nulla erat univerſitas; et in Minorum conventu gratis iſtorum duorum fratrum Oxoniae converſatus beati Franciſci religionem profeſſus eſt;" et ibidem eſt vocatus a fratribus ad theologiae profeſſionem. Sic Oxoniae profecit, ut in metaphyſica et in quatuor Sententiarum libros monumenta lectione digna poſteris reliquerit, quod ſcriptum opus Anglicanum ſive Oxonienſe vulgo dicitur. Poſtea a fratribus Minoritanis Pariſienſibus vocatus, ab ordinis generali Gonſalvo Toloſae in capitulo conſtitutus regens ſeu profeſſor Pariſienſis; ubi de novo theologiae curſum docuit, atque ibidem lecturam aliam in Sententias, priore contractiorem et magis frugiferam, edidit. Tertio tandem Coloniae Agrippinae idem praeſtitit incredibili cum auditorum applauſu, theologiam ſiquidem ſcholaſticam multis ſubtilitatibus exquiſitis auxit. Vir in divinis Scripturis ſtudioſus et eruditus, et in philoſophia Ariſtotelica doctiſſimus, atque adeo profundus, ut ejus ſcripta paucis ſint penetrabilia, et ob id quoque minus uſitata. Ferunt illum diem integrum et amplius ſediſſe ſopitis ſenſibus. Qui autem quaeſtionis alicujus intimam rationem ad vivum reſecant ac ſubtilius perſcrutantur, Scotiſtae ſumma tanti ingenii laude vocantur; quaſi nihil ſit in tanta difficultate interſeptum, aut tam denſa caligine involutum, quod Scoti ingenium non potuerat penitus inſpicere ac clare aperire. Verum enimvero quandoquidem hujus viri encomium mundo patefacere, non aliud eſſet quam ſoli lucem foenerare, ſicco tantum pede ejus opera pertranſibimus, memores alias nobis haec fuſius et plenius enarrari. Scripſit

Super Sententias, lib. IV.
In Metaphyſicam Quaeſtiones, lib. XII.
In Ariſtotelis Phyſica, lib. VIII.

penetravit, adeoque inceſſanter libris inhaeſit ut tandem ibi ſupremam in ſacra theologia lauream ſit conſecutus, ſimul in ea ſublimi facultate doctor creatus, et profeſſor factus; eratque Joannis Duns Scoti, Subtilis Doctoris, ſectator diligens, ejuſque veſtigiis inſiſtens defenſor ſtrenuus. Fuit etiam unus ex quindecim praecipuis doctoribus illius ordinis, qui in circuitu ſepulchri praefati Duns nominibus aeri inciſis leguntur, in eccleſia conventus veteris Minorum Coloniae. Vir pietatis et eruditionis titulis ſuo tempore non incelebris, et tum divinarum tum ſecularium literarum ſcriptis legendis, ſcribendis, imitandis multum deditus: hinc plurima ingenii ſui monumenta admodum ſubtilia et philoſophica poſteritati venturae reliquit, inter quae haec ſubjecta feruntur:

Commentaria in libros quatuor Magiſtri Sententiarum.
Item Quodlibeta.
Formalitates de Expoſitione Divinorum Nominum.
De Primo Principio.
Quadrageſimale, et Sermones de Sanctis.
De Paupertate Chriſti et Apoſtolorum.
De Virtutibus et Vitiis Capitalibus.
De Angelis.
De ſeptem Donis Spiritus Sancti.

Et alia lege in noſtro Catalogo Scriptorum noſtrae Gentis. Naturae autem ceſſit anno gratiae 1320, dum Scotici regni clavum teneret Robertus Primus, cognomento Bruſſius.

DE HERVAEO, SIVE HERISIO.

Hervaeus, ſive Heriſius, Natalis dictus, natione Scotus, ex vetuſta familia Heriſiorum, vulgo Harvie, in Inſulis, inter monachos, ut Godwinus, Dempſterus, Malmeſburienſis, Bellarminus, monachus Paſlatenſis, et alii teſtantur, Melroſienſes educatus, poſtea ad Bangorenſe coenobium tranſlatus eſt. Ab adoleſcentia in ſtudiis artium

liberalium bene inftitutus, ordinem Praedicatorum Sancti Dominici juvenis intravit; utque erat felici et praecellenti ingenio praeditus, ftudiorum rerumque omnium eruditam cognitionem affecutus eft, quam mox longe fplendidiorem dabant fingularis vitae finceritas et fufpicienda pietas, unde inter fuos inclarefcere coepit; hinc, fumpta theologicae profeffionis purpura, ordinis Praedicatorum magifter generalis factus eft. Theologus erat imprimis doctiffimus, floruitque fama ac celebritate virorum humanioris politiorifque literaturae peritia excellentium; unde ab omni clero, fuis monachis confentientibus, in epifcopum Bangorenfem confecratus eft, a Godwino primus in eo loco collocatus: hanc autem fedem, ut habet Malmefburienfis, majorum divitiarum fpe reliquit, caufatus quod fibi et Vallenfibus non conveniret. Henricus rex poftea, defuncto Richardo rege, hunc Hervaeum ad Elienfis ecclefiae pontificatum evexit; qui, ut loquitur Godwinus, Bangorenfi nuper fedi praefuerat, fed quando illi cum Vallis haud bene conveniret, in Angliam novas fedes quaefitum venerat. Tranflatus eft anno 1109; fedit in hac ecclefia Elienfi primus pontifex annos viginti duo. Vir erat ufquequaque venerabilis, praeclara eruditione et pari pietate praefulgens, admirabili ingenio, fingulari prudentia, praeclaras etiam acerrimi ingenii et admirandae memoriae dotes liberalibus difciplinis felicitur exornavit; in facris ftudiis, utriufque Teftamenti libris, et patrum fcriptis diligenter verfatus, nec minori cum laude in philofophicis et fecularium literarum ftudiis doctus: Durandi a Sancto Portiano aequalis, ut inquit Bellarminus. Sed ut ad id quod cultiffimi hominis ingenium certum et indubitatum eft τεκμήριον, quae doctrinae monumenta pofteris tradiderit hic celebris et de re literaria optime meritus doctor, afpiciamus, fcripfit

In quatuor libros Magiftri Sententiarum.
In Epiftolas S. Pauli.
De Poteftate Papae.

Quodlibeta, adverſus Durandum de iis in quibus a S. Thoma diſſentit.
De Unitate Formarum, contra eundem.
De Materia Caeli.
De Eternitate Mundi.
De Motu Angeli.
De Secundis Intentionibus.
De Relationibus.
De Verbo.

Et alia multa, quae habentur in Catalogo noſtro Scriptorum noſtrae Gentis. Ab hac luce migravit 30 Auguſti, anno gratiae 1131, regnante in Scotia pio Davide Primo.

DE RICHARDO ARMACHANO.

Richardus, Archiepiſcopus Armachanus, et primas Hiberniae, cognomento Radulphus apud patriotas ſuos Scotos, inſulanos nimirum, apud Hibernos vero, dum ibi archiepiſcopum ageret, Fizrauf, quod idem ſonat atque Radulphi filius, cognominabatur. Hic poſtquam primam adoleſcentiam in ſchola patria optime collocaſſet, Oxonium, academiam tunc temporis totius Britanniae longe celeberrimam, adoleſcens petiit, ibique ſub optimis, piis, et eruditis praeceptoribus (e quorum numero erat Joannes Baconthorpius, vir apprime doctus) artibus liberalibus operam dedit; qui, ut erat diligentia inexhauſta, tantum ibidem profecit quantum illa facile admirabantur tempora. Hinc acutus dialecticus, hinc dulcis rhetor, hinc gravis philoſophus, ac ſanctus denique et profundus theologus evaſit. His omnibus adde, quod in utroque jure tantos fecerat progreſſus, ut in eadem academia in theologia ſimul et in jure ille praelegeret, frequenti admodum auditorio et candidatorum coetu merito honorandus. Vir non modo in dicendo, ſed et in ſcribendo, ſummi acuminis, et judicii

exquiſiti, veterumque juriſperitorum et theologorum lectione confirmati, quod abunde oſtendunt lucubrationes ejus in omni doctrinae genere in publicum editae. Hic tandem, ut Baleus refert, nomine eruditionis et aliarum virtutum, vel apud ipſum Edwardum Tertium, qui tum Anglis dominabatur, in magno pretio fuit; a quo etiam non longo poſt tempore Lichfeldienſis archidiaconus primum, poſtea Oxonienſis gymnaſii ſummus cancellarius, ac noviſſime archiepiſcopus Armachanus in Hibernia deſignabatur. Toto etiam hoc tempore peſſime ei cum fraterculorum mendicantium ordinibus convenit; acrius ſiquidem in publicis lectionibus et concionibus ſuis, imo et in nonnullis libris editis, eorum ineptias carpebat, et illas ſectas tanquam fucos et telluris inutilia pondera explodendas contendebat. Illi vero hunc haereſeos apud Romanum pontificem accuſarunt. Comparentibus ergo tam archiepiſcopo quam fratribus Avenione coram papa Innocentio Sexto et cardinalibus, publice protulit, legit, et pronunciavit earundem Propoſitionum ſuarum lib. I.

Sermones etiam ſcripſit, lib. I.
Quaeſtiones Sententiarum, lib. IV.
Adverſus Errores Armeniorum, lib. XXIX.
Contra Fratres Mendicantes, lib. XVI.
De Paupertate Servatoris, lib. VII.
Illuſtrationes Evangeliorum, lib. IV.
Dialogos plures.
De Intentionibus Judaeorum.
De Jure Spirituali, lib.
Sermones ad Crucem Pauli, lib. I.
Sermones coram Pontifice, lib. I.
De Statu univerſali Eccleſiae, lib. I.

Et alia multa ſcripſit, quae plenius a nobis enumerantur alibi. Obiit ſenex admodum Avenione 20 die Novembris anno ſalutiferi partus 1359, ſub Davide Secundo, Scotorum rege.

DE JOANNE CUNIGAMO.

JOANNES CUNIGAMUS, ordinis Carmelitani monachus in coenobio Gippefwecenfi comitatus Suffolcenfis, S. theologiae doctor Oxonienfis, et tandem totius ordinis fui per Angliam et Hiberniam provincialis vicefimus primus ad annos quinque, natione Scotus, in Caricta honeftis parentibus oriundus, adolefcens bonae indolis non modo eloquentiae, verum etiam naturalium rerum cognitioni adhibuit operam; poftea maturior annis ftudiorum ardori nihil remifit, fed in Angliam vicinam ejufque academiam Oxonium impiger fe contulit, ulteriores ingenii cultus capiendi caufa. Hic igitur ille ftudiis liberalibus eam navabat operam, ut inter philofophiae candidatos complures locum confequeretur primum. Renunciatus autem folenni academiarum ritu artium optimarum magifter, uni deinceps theologiae fe totum dedidit, philofophicis interim ftudiis nihil aut parum remittens; nec multo poft tempore fummam in utraque fcientia peritiam confecutus eft. Vir fpectatae tum eruditionis tum pietatis, et philofophus gravis, theologus fanctus, ingenio acutus, in rebus difcutiendis fubtilis, in dijudicandis folidus, prudens confilio, in agendo dexter, omni denique optimarum literarum fupellectile egregie inftructus, partim virtutis, partim doctrinae titulo, inter fummos literarum antiftites reponi meruit. Patronis excellentibus ufus, praecipue vero Joanne Lancaftriae et Aquitaniae duce: quem etiam ad vitae finem fibi et conjugi a confeffionum fecretis fecit. Hic etiam primus fuiffe perhibetur, a Valdeno in Zizaniorum Fafciculo, qui in arenam fcholafticorum certaminum contra Wiclevum defcendit, quod quidem modefte et fummo in dicendo candore fecit, admiratus in eo doctrinae excellentiam: nec limites egrediebatur Wiclevus viciffim; ut rectius tandem faperet, inftantius Dominum precabatur. Hic autem Joannes literariis monumentis fuam famam pofteris commendavit; inter alia namque plurima opera haec fequentia in lucem emifit:

Lecturam Sententiarum lib. IV.
Commentarios Metaphyfices, lib. XII.
Contra Propofitiones Wiclevi, lib. I.
Super Ideis ejufdem, lib. I.
De Effe Intelligibili, lib. I.
Ad quaedam Loca allegata lib. I.
Quaeftiones varias, lib. I.
Scripturae S. Praeconia, lib. I.
In canonicam Jacobi, lib. II.
In Ezechielem, lib. I.
De Paffione Chrifti, lib. I.
De Spiritu Sancto, lib. I.

Et alia plurima in Catalogo Scriptorum expreffa. Tandem Eboraci in fuorum Fratrum coenobio in humanis effe defiit anno ab incarnato Dei Verbo 1399, 4 Id. Maii, Roberti Tertii tempore.

DE JACOBO PRIMO REGE.

Jacobus Stewartus, ejus nominis Scotorum Rex primus, Roberti Tertii filius. Is quatuordecim natus annos, a patre et regni proceribus ad Galliarum regem miffus erat; dum autem in Galliam cogitat, emenfo aliquanto oceani fpatio, dum littus legit, ad Flamburgum promontorium five tempeftatis vi coactus, five ut e naufea marina fe paululum recrearet, defcendit, ab Anglifque retentus, et a rege, confulto quid eo fieri velit, in aulam arceffitus, ibique, ex concilii decreto, captivus eft detentus. In captum tamen a rege Anglo hoc unum liberaliter et regie eft confultum, quod literis et honefta difciplina eum inftituendum curavit, adhibitis ei paedagogis, quorum fcientiam omnem non tanquam puer imbibiffe, fed tanquam fummi judicii vir haufiffe putabatur; unde effectum eft, ut annales noftri referunt, ut tanta illius mores poliverit elegantia, tantaque illius

animum excoluerit eruditio, ut nihil in aliqua arte fuerit tam reconditum, quod illius aciem, nihil tam difficile quod illius intelligentiam, fugeret; demum in tantam morum evafit probitatem, atque omnium bonarum difciplinarum eruditionem, ut in una qualibet fola exquifite verfatus videretur. Qui in Scotiam poftea reverfus, et re et verbo docuit quantum fit momenti ad rempublicam bene moderandam in literarum cognitione pofitum, cum nullus unquam in Scotia rex aut majori prudentia dubia, aut maturiori confilio periculofa, aut enucleatiori dictione obfcura, aut finceriori pietate omnia in reipublicae adminiftratione egerit et confecerit. Pulcherrimo erat ingenio et admodum animofus, luctator egregius, gravem petram vel ponderofum malleum ultra omnes projecit; curfor velox, muficus artificiofus, et in vocis modulatione nulli fecundus: in cithara, tanquam alter Orpheus, Hibernenfes aut filveftres Scotos, qui in illa arte praecipui funt, exuperabat. Humaniores artes, grammaticam, oratoriam, poeticamque, ut tum temporis, eximie noverat: "ita orator," inquit Leflaeus, "ut ejus dictione nihil fuerit artificiofius; ita poeta, ut carmina non tam arte aftrinxiffe, quam natura fponte fudiffe videretur. Cui rei fidem faciunt carmina diverfi generis, quae in rythmum Scotice illigavit, eo artificio, ut antiquorum poetarum acumen, gravitatem, prudentiam plane putetur aequaffe." His omnibus adde quod theologiae ac juris intimam cognitionem ita animo memoriaque comprehenderit, ut plurimos fuae aetatis in hoc genere fuperarit, nulli pene cefferit. Denique quicquid erat in quo ingenii laus, aut artis liberalis fpecies enituerat, id ut caperet animo fumma intentione nitebatur. Infuper regis ad exemplum omnes in pietatis doctrinaeque ftudia incumbebant, ut nunquam plures intima theologiae, juris, ac philofophiae laude floruiffe legantur apud nos, quam hoc tempore. Nam cum tredecim theologiae, decretorum octo, philofophiae aliarumque fcientiarum plurimi profeffores, doctoratus omnes infignibus honeftati, ejus opera in Scotiam evocarentur, ac beneficiis ornarentur, adole-

ſcentum animi ita virtutis doctrinaeque amore incendebantur, ut academiae noſtrae praeclariſſimis ingeniis eſſent id temporis numeroſiſſimae. Compoſuit autem

Artificioſum libellum ſuper Uxore futura, lib. I.

Cantilenas Scoticas, lib. I.

Rhythmos Latinos, lib. I.

Et alia quae multis ſunt probata. Occiſuſque demum a ſuis eſt anno a filii Dei incarnatione 1436, die 20 Feb. in Perthi ſuburbio.

DE JACOBO KENNEDIO.

Jacobus Kennedius, Epiſcopus Andreapolitanus, regis Jacobi Secundi avunculus, Jacobi Primi nepos ex ſorore, praeclaro ſtemmate in Scotia oriundus. Hic fuit ſupra quam dici poſſit nobilitate inſignis vir; tantam ſiquidem exiſtimationem multis erga rem Scoticam meritis, erga ſuperiorem regem officiis collegerat, tantam ob morum elegantiam, et propinquam cum regibus cognationem, comparaverat in rebus omnibus fidem, ut caeteri pueritiae regiae curatores, qui per ordinem bini in orbem ſibi ſuccedebant, eum, quoties in aulam excurreret, velut diligentiae exactorem et probatorem facile ferrent; ejus enim aula tum maxime nitebatur auctoritate. Vir cujus tum doctrina tum pietas ſuo tempore multum illuxit: alacritate ingenii promptus ad ſtudia, affabilitatis gratia jucundus ad colloquia, ſuavitate morum aptus ad conciliandam amicitiam; denique felici naturali indole, praeclariſque animi dotibus dexter ad omnia. Labore, induſtria, et ingenii felicitate, ad eam doctrinae perfectionem tandem pervenit, ut cum eruditiſſimis ſui temporis viris non immerito conferri potuerit: pietatis et eruditionis cultor ſedulus, utpote qui omnes horas a precibus et negotiis publicis liberas in optimarum literarum ſtudiis, ſibi laudabiliter, aliis utiliter, toti eccleſiae et reipublicae literariae feliciter, collocavit. Erant in eo, praeter virtutes ſupra commemoratas, ſumma domi frugalitas et continentia, foris ſplendor

et magnificentia. Omnes ſuperiores, et qui eum uſque ad hunc diem ſecuti ſunt, epiſcopos liberalitate in publicum ſuperavit; cum interea non magnos eccleſiaſticos proventus teneret, neque enim adhuc ad Scotos pervenerat conſuetudo ſacerdotia ſacerdotiis cumulandi. Tria reliquit ſuae magnificentiae et liberalitatis monumenta egregia, ſcholas publicas ad Fanum Andreae maximis ſumptibus aedificatas, et magnis proventibus ex eccleſiaſticis tamen fructibus locupletatas, Collegium S. Salvatoris, in quo juventus ad eruditionem ac religionem informari poſſit; marmoreum ſepulchrum, ſtructura mirabili confectum; ſimulque et ingentem et admirandae molis navem onerariam, Bargiam dictam. Vulgo autem creditum, horum trium unumquodque ſimilis prorſus fuiſſe pretii et valoris. Porro quod ad hominis eruditionem attinet, inter alia literaria monumenta haec ſequentia ſequenti poſteritati reliquit:

Epiſtolas varias ad diverſos Viros doctos in Gallia et Italia, lib. I.

Orationem pro Cura publica Mulieribus non mandanda.

De boni Epiſcopi Officio, lib. I.

Caetera ad noſtram non pervenerunt notitiam. Claruit anno humanae redemptionis 1466, dum ad Scotici regni clavum ſederet Jacobus Tertius. Tumulatus eſt in Collegio D. Salvatoris, a ſe conſtructo.

DE GUILIELMO SEUESSIO.

Guilielmus Seuessius, vulgo Schewes, S. Andreae Archiepiſcopus, primas etiam, et regni legatus, genere quidem et natione Scotus, cum in ipſis annis fere puerilibus optimam oſtenderet indolem, cura ſuorum ſemper in ſtudiis pietatis et bonarum literarum nutritus eſt. Poſt imbibitas tum humaniores tum philoſophicas diſciplinas in ſchola patria, juvenis acri ingenio Lovanii apud Joannem Spinkerum, medicum, et aſtrologiae ſtudiis nobilem, aliquot annos egit. Poſtea vir

factus, partim aſtrologiae, partim medicinae, et partim etiam theologiae ſe dedidit. In omnibus autem hiſce ſtudiis tantum profecit, ut aetate ſua vix parem ei produxerit Gallia aut Britannia. Denique ſcientia varia inſtructus, in Scotiam ad ſuos eſt reverſus: cum caetera ingenii dexteritate, tum ſcientiae rerum caeleſtium jactatione, brevi in aulicorum gratiam ſe inſinuavit. Ea res magnum ei favorem conciliavit, quod aula omnibus divinandi generibus tum uſque ad inſaniam dedita erat: Seueſſius igitur, ingenii acrimonia et aulica gratia florens, brevi archidiaconus Fani Andreae deſignatur. Nec multo poſt tempore, miſſus eſt a Xyſto Quarto papa in Scotiam legatus, Huſmannus dictus, qui Patricium Grahamum, S. Andreae archiepiſcopum, papae cardinaliumque ſententiis damnatum, omni dignitate, ordinibuſque eccleſiaſticis dejiceret, ac ſchiſma, ſimoniam, aliaque quae in ſe admiſit ſcelera perpetuo carcere vindicari juberet. Hujus viri longe celeberrimi, omniumque virtutum nomine et doctrinae multum honorandi, licet hic ab inimicis ſuis inique criminatus eſſet, hujus, inquam, viri loco ſubſtitus eſt Guilielmus Seueſſius, cujus fidei ac cuſtodiae Patricius mulctandus committitur. Guilielmus autem paulo poſt, Dominica paſſionis quadrageſima, Sancti Andreae archiepiſcopus inauguratus in templo S. Crucis Edinburgi, praeſente rege multiſque proceribus, ibique pallium tanquam archiepiſcopatus ſui inſigne accepit, primaſque et regni legatus declaratur. Scripſit

Librum de Conjunctione Siderum et Planetarum.

De Futuris Praenoſcendis librum.

Scripſit Genethliaca variorum Hominum, et alia multa. Claruit anno poſt Virginis partum 1479, regnante in Scotia Jacobo Tertio.

DE GUILIELMO ELPHINSTONO.

Guilielmus Elphinstonus, Aberdonenſis Epiſcopus, illuſtris generis Scotus, totius etiam regni Scotiae cancellarius, et ſecreti ſigilli cuſtos, vir in omnibus liberalibus artibus bene educatus ab adoleſcentia ſua,

juvenis ſcientias philoſophicas diligenter didicit, et ad theologiam aetate maturiore progreſſus eſt. Magnam inter ſuos auctoritatem [adeptus eſt], et illam quam ſupra memoravi dignitatem, quo tempore ſacrarum Scripturarum lectioni et meditationi, caeteris pene ſtudiis neglectis, ſe dedidit. Adeo denique ſtudiis profecit, ut a rege ad epiſcopatum Aberdonenſem ſit evectus, quam Spartam nactus ſedulo adornabat; magno enim bonarum literarum emolumento, ſtudioſorum virorum gymnaſium primus ille poſuit et inſtituit, Regiumque Collegium in eo conſtruxit, ut omnium illic doctrinarum genera et artium diſciplinae auditoribus proponerentur. De eo ad Jacobum Quintum, Scotorum regem, ita ſcribit Hector Boethius. "Poſtremo," inquit, "multis virtutibus ſuſpiciendus Wilhelmus Elphinſtonus, Epiſcopus Aberdonenſis, avo tuo regnante regni cancellarius, ac patri tuo intimus conſiliarius, omnique ejus regno a ſecretiori ſigillo, cui nos quicquid eſt fructus, quem his noſtris aſſequemur ſudoribus, omne ſemel debemus, ut qui primus diligenti indagine quum omnem prope Scotiam perluſtraſſet, ſi quo in loco reperire poſſet vetus ullum rerum noſtrarum monumentum, ac quicquid repertum erat in lucem velut e venis ſilicum igniculum extraxiſſet, tandem ex Iona inſula guſtum quendam modo Veremundi ac reliquorum percipiens, patriae amore, etſi graviſſimis diſtringebatur negotiis, tamen tantum laborem ſubire haud veritus, hiſtoriam ſcribere exorſus eſt; quam niſi magno rei literariae, atque adeo reipublicae noſtrae damno, a fatis praeventus imperfectam reliquiſſet, ſtatuerat jam tum Aberdoniae in Regali Collegio, magno literarum incremento ibidem extructo, ſervandam deponere." Hucuſque Boethius. Laudat hunc valde, inquit Geſnerus in Bibliotheca ſua, Boſtonus Burienſis in magno Scriptorum Catalogo ob ſingularem eruditionem. Ex collectis igitur hinc inde hiſtoriis conflavit

Scotorum Chronicon, lib. I.
Conciliorum Statuta, lib. I.
Lectiones Varias in Scripturam, lib.
Sanctorum in Scotia Res geſtas, lib. I.

De Regimine Acutarum Aegritudinum.
Tractatus de Prognosticis.
Tractatus de Urinis.
Tractatus de Cautelis Urinarum.
Libellus de Pulfibus.
Ejufdem Tractatus de Confervatione Vitae Humanae, a die nativitatis ufque ad ultimam horam mortis, nunc demum editus opere D. Joachimi Bandifii, Lipfiae, 1570.

Reliqua omnia Opera excufa funt Venetiis 1498. Hifce fane monumentis exquifitiffimis et communi hominum faluti, et rei literariae commoditati, fimulque propriae famae, nominifque celebrationi atque immortalitati, ita confultum fecit, ut jure dubitetur utrum praeclaris ingenii dotibus, an vero ipfa naturae bonitate, plus de humano genere promeruerit. Claruit anno gratiae 1498, fub Jacobo Quarto Scotorum.

DE GAVINO DOUGLASIO.

Gavinus Douglasius, Epifcopus Dunkeldenfis, clariffimae familiae Scotus, erat enim comitis Angufiae patruus, a prima aetate in bonis literis inftitutus; cum enim indole effet praeclara, literarum artiumque optimarum ftudiis a parentibus confecratus, doctiffimis in fchola patria ufus eft praeceptoribus, in omnibus pariter difciplinis et fcientiis optime verfatus, non levia praeclariffimi et acuti ingenii argumenta praebuit. Homo omnium judicio elegantiffimus, philofophiae pariter et theologiae ftudiis fumme deditus, fummos in utraque fapientia, tam divina quam humana, honores cum laude ibidem promeritus fuit. In divinis Scripturis valde ftudiofus et eruditus, atque in feculari philofophia nulli fuo tempore fecundus; in arte etiam poetica clarus, ingenio fubtilis, eloquio fcholafticus, vita et converfatione devotus atque fanctiffimus: vir omni fcientiarum genere excultiffimus, qui ob lucubrationes, quae qualo fuerit vitae ejus curriculum fatis oftendunt, citius admirandus quam imitandus, fingularem immortalis nominis

gloriam promeruit. Denique ob infignes virtutes et mirabiles animi dotes, Caledoniorum feu Dunkel epifcopus defignatur. De eo fic loquitur Buchananus in fua Rerum Scoticarum Hiftoria: "Praeter natalium fplendorem, et corporis dignitatem, erant in eo multae, ut illis temporibus, literae, fumma temperantia, et fingularis animi moderatio, atque in rebus turbulentis, inter adverfas factiones, perpetua fides et auctoritas. Reliquit et ingenii et doctrinae non vulgaria monumenta, fermone patrio confcripta." Hunc etiam valde laudat Leflaeus; et Baleus, "de hoc viro," inquit, "plura producerem ad praefens, fi Polydorus Vergilius in Anglicae Hiftoriae libro iii. fe ejus laudatorem non interponeret, qui et ipfum olim ex facie novit, etc." Sic ille. Gavinus in Scoticis metris ad Jacobum Quartum, Scotorum regem, fcripfit

Palatium Honoris, lib. I.
Aureas Narrationes, lib. I.
Comoedias aliquot, lib. I.
De Rebus Scoticis, lib. I.

Virgilii etiam Aeneida noftro idiomate donavit ea dexteritate, ut fingulis Latinis verfibus finguli Scotici refpondeant, eo fententiarum pondere, ut noftrae linguae fi intelligas vim occultam mireris, ea denique felicitate, ut nullam antiquorum poetarum lauream cum ejus in hoc genere laude facile compares. Hunc Gavinum Scotiae prorex Romam per pontificem evocandum ad caufam dicendam curavit. Is autem proximo anno, dum Romam proficifcitur, Londini pefte correptus obiit, magno fuae virtutis apud bonos defiderio relicto. Non licuit diu, inquit Polydorus, eo frui amico, fed eo ipfo anno, qui fuit falutis humanae 1521, Londini peftilentia abfumptus eft, dum Jacobus Quintus in Scotia regnaret.

DE JOANNE MAJORE.

Joannes Major nomine, natione Scotus, patria Hadingtonenfis, et profeffione theologus Academiae Parifienfis. Hic poftquam in patria ftrenue coluiffet illas difciplinas, quae ab humanitate nomen acceperunt, prima enim literarum fundamenta jecit in fchola Hadingtonenfi, ex qua urbe erat oriundus, et prima faltem philofophiae rudimenta deguftaffet, patriae fuae etenim gymnafia, Andreapolitanam intelligo Academiam, florentis aetatis adolefcens laboriofe coluit, in Angliam profectus Univerfitatem Cantabrigienfem ftudiorum caufa petiit, ibique in Chrifti Collegio trium menfium auditor factus eft, eo quod ipfum in Sancti Andreae parochia fitum offenderat, ut in primo fuo libro de Scotorum Geftis, cap. v. commonftrat. Parifios inde in Gallias pervolabat, uberiorem fuorum ftudiorum curfum illic in Collegio Montis Acuti completurus : unde ex eo tandem prodiit loco, inquit Baleus, magnae Sorbonae fcholafticus doctor, et in ea fpeculatione difceptator acutiffimus. Hoc Joanne Majore, in facultate Sorbonica, humana divinaque philofophia majorem, illuftriorem, aetas illa non tulit ; maximo fiquidem illo feculo inter theologos nominis. Pofteaquam Lutetiae magna cum celebritate plurimis annis facram theologiam praelegiffet, in Scotiam tandem revocatus, ad extremum ufque vitae fuae diem in Academia Andreapolitana primi theologi, non minus prudenter quam pie, munere functus eft. Erat etiam regi Jacobo Quinto, virtutum et eruditionis nomine, admodum familiaris et carus. Vir veritatis ubique quam eloquentiae ftudiofior, ut in volumine, quam Hiftoriam Majoris Britanniae infcripfit, per illum edito, videre licet. Fuit etiam integritate vitae et eruditione plus quam vulgari notus, in omni cultiore doctrina cultiffimus, fubtilis ingenii, tenacis memoriae, ad fcholafticas concertationes mire acutus; per omnia denique doctor perfectus et abfolutus. Inter ea quae plurima fcripfit,

Commentaria in quatuor Evangelia,

Placita Theologica,
Disputationes Sorbonicae,
Decisiones Sententiarum, et
Historia Majoris Britanniae, praecipuam apud doctos laudem merentur.

Reliqua fusius a nobis alibi sunt repetita. Claruit anno incarnationis Dominicae 1525, regnante in Scotia Jacobo Quinto.

DE HECTORE BOETHIO.

Hector Boethius Deidonanus, genere Scotus, ac Aberdonensis Gymnasii primus doctor, a prima statim adolescentia in rure natali literis feliciter initiatus, postmodum maturior factus ampliora discendi studio exteras regiones petiit. In Galliam igitur, ut moris est, impiger se contulit, et in Parisiensi Academia omnes pariter artes et disciplinas avidissime imbibit, magno enim labore et continuis studiis in omni fere doctrinae genere clarus emicuit. Erat in omni philosophia et theologia scholastica apprime eruditus: propter reconditiorem rerum divinarum doctrinam, theologiae primis insignibus merito decoratus, ac politioris literaturae, reliquarumque scientiarum omnium, quae ingenuo homine dignae censentur, ita imbutus, ut principes suae aetatis viros vel vicerit, vel facile quidem adaequarit. In eadem academia multis annis publice privatimque docuit: inter Sorbonicos doctores cum singulari laude industriae, et prudentiae, atque eloquentiae claruit; neque solum artium liberalium cognitione, supra quam illa ferebant tempora, insignis, sed humanitate et comitate singulari praeditus erat. Cum isto Parisiorum Lutetiae non injucundam se consuetudinem habuisse fatetur Desiderius Erasmus Roterodamus in epistola quadam, quum illic in literarum stadio anno partus virginei 1497 pariter currerent, singularemque in eo ingenii felicitatem agnoscit, et facundiam oris commendat. Unde ad illum Erasmus postea scripsit postremum suarum lucubrationum Catalogum, ut ad recentem ipse

Aberdonenſis gymnaſii inſtitutionem per ſcripta rogaſſet. De eo ita ſcribit Paulus Jovius antiſtes Nucerinus, quod a prima origine Scotorum regum hiſtoriam Latine diligenter perſcripſit, paſſim veteris chorographiae memor, et moderatae libertatis nuſquam oblitus: "ita ut magnopere miremur," inquit ille, "extare de remotis ab orbe noſtro Hebridum et Orcadum inſulis mille amplius annorum memoriam, quum in Italia altrice ingeniorum," etc. Latomus etiam, Aſcenſius, Baleus, et alii viri eruditi, hujus Boethii praeconia multum celebrant; et Leſlaeus inter alia multa ſic loquitur: Ejus ſtilus, inquit, "tam eſt terſus, ut Caeſaris puritatem decoxiſſe, ac rationum verborumque ponderibus ita nervoſus, ut Livianam gravitatem in ſuam naturam tranſtuliſſe penitus videatur." Scripſit etiam,

Ad ſuum Regem, Catalogum Scotiae Regum.
De Navigationibus.
Aberdonenſium Pontificum Vitas.
Sermones et Lecturas.
Orationes atque Epiſtolas eloquentiſſimas.

Et alia multa. Claruit anno incarnationis Messiae 1526, ſub Jacobo Quinto rege.

DE GUILIELMO GREGORIO.

Guilielmus Gregorius, Albienſis eccleſiae coenobiarcha, et theologus Pariſienſis, genere et natione Scotus. Hic, relicta ſua patria, Galliam ſola ſtudendi gratia petiit; ibique Lutetiae Pariſiorum in Collegio Montis Acuti inferiorum artium rudimenta perdidicit; quo in loco Joanni Majori conterraneo ſuo primum innotuit, et quo etiam poſtea familiariter admodum uſus eſt et amice. Cum autem Ludovicus de Ambaſia, vir natalium ſplendore clarus, et eruditionis ac doctrinae nomine celebris, Albienſis etiam eccleſiae praeſul, ſuae civitatis atque dioeceſis Carmelitas, quos valde diſſolutos noverat, magnis quidem ſumptibus, magnaque induſtria, circiter annum reparatae

ſalutis 1499 ad meliorem frugem et vitae inſtitutum, accitis ex Mantua novellis Carmelitanae ſectae profeſſoribus, compelleret, ex illis viginti duobus juvenibus ſtudioſis, quos ex praedicto Montis Acuti Collegio ad eam plantationem novam paraverat, et hic unus fuiſſe perhibetur. Poſtea Mariam Galliarum reginam, Lodovici Duodecimi ſponſam, et Henrici Octavi Anglorum regis ſororem, inſignem Maecenatem et ſtudiorum ſuorum fautricem habens, poſt argutas et ſpinoſas in magna Sorbona concertationes, theologicos gradus et doctoralem lauream ſuſcepit. Hinc conſtitutus eſt Albiae, Meldunae, ac Toloſae ſui ordinis coenobiarcha, et praedictae Albienſis per eas partes reformationis vicarius. Fuit inſuper Franciſco Galliarum regi a conſcientiae ſecretis. Vir mitis et manſuetus, vitae integerrimae, magnae lectionis et doctrinae, multae charitatis et zeli; in divinis ſcriptis et ſeculari philoſophia, quam Ariſtotelicam vocant, inſigniter eruditus; erat etiam prudens, gravis, et auctoritate plurimum pollens, humilis, modeſtus, pacificus, omni denique virtutum genere ornatus et excultus. Sed nunc ad praeclara illa ingenii doctrinaeque monumenta, quae poſt ſe, ſtylo Sorbonico conſcripta, reliquit, veniamus. Scripſit,

Ad praedictum Ludovicum Albienſem Epiſcopum, de duplici Poteſtate, lib. I.
Elucidationes Sententiarum, lib. IV.
Collectiones Sorbonicas, lib. I.
In Politica Ariſtotelis, lib. VIII.
De Animae Potentia triplici, lib. I.
Auctarium Vocabularii Theologici, lib. I.
De triplici Principatu, lib. I.
De Scripturae Sententiis variis, lib. I.
Sermones in Evangelia et Epiſtolas per anni circuitum, lib. II.
In Pſalterium Commentarios, lib. I.
De Regno Chriſti aeterno, lib. I.

Et alia multa. Vide noſtrum de Scriptoribus nostrae Gentis Catalogum. Toloſae. demum obiiſſe fertur anno a Servatore nato 1527, in quo ſub Jacobo Quinto floruit.

DE JOANNE BALLANTYNO.

JOANNES BALLANTYNUS, vel potius Bellendenus, Theologiae Doctor, et Archidiaconus Moravienſis, genere et natione Scotus, ex orientali Laudonia et honeſta Bellendenorum familia oriundus, adoleſcens in rure natali prima literarum fundamenta jecit, et literas humaniores ſedulo didicit; deinde ad Academiam Andreapolitanam miſſus, decurſo philoſophiae ſtudio inter magiſterii candidatos ita emicuit, ut inter ſtellas luna minores. Poſtea, majora diſcendi deſiderio tactus, navem aſcendit, et vento ſecundo in Galliam eſt delatus; ubi ſcholaſticae theologiae operam dedit, ſuſceptiſque ſupremis in ea facultate inſignibus, ſolum natale haud multo interjecto tempore repetiit; atque ibidem vocatus Moraviam, factus eſt archidiaconus. Erat linguarum peritiſſimus, et in ſacrarum Scripturarum lectione optime verſatus: in literis humanioribus, ſive poeſin ſpectes, ſive ſolutam orationem, erat exquiſitiſſimus; orator facundus, bonus poeta, ſolidus theologus, concionator celebris, mathematicus haud vulgaris, et nominatim coſmographus inſignis, hiſtoriographus non temnendus, et acutus philoſophus, denique in omni optimarum literarum ſcientia optime inſtructus. "Accuratione non modica," inquit Baleus, "ſcientias humanas fere omnes atque divinas acquiſivit. Sic multae eruditionis praeſes inde factus, tantorum theſaurorum non perparcus dator haberi voluit, ſed quicquid bonarum diſciplinarum longo quaeſiverat labore, valde prodeſſe ſtudioſus magiſter, ubertim profudit in omnes." Multa erudite ſcripſit hic auctor: haec ſaltem ſequentia monumenta literaria ad noſtram notitiam pervenerunt. Ex Latino in [ſermonem] vulgarem convertit fideliſſimus interpres Hiſtoriam Gentis

Scoticae, ab Hectore Boethio, viro difertiffimo, in feptendecim libros copiofe digeftam, cui centum annorum auctarium addidit, a Jacobo Secundo 1436 ufque ad annum 1536, in quo ipfe floruit. Scripfit igitur

Cofmographiam dictae Hiftoriae, lib. I.
Albaniae Defcriptionem, lib. I.
Ad Jacobum Quintum Regem Epift.
Super Litera Pythagorae, lib. I.
De Virtute et Voluptate, lib. I.
Super quodam Somnio, lib. I.
Diverfi generis Carmina, lib. I.

Et alia plurima edidiffe perhibetur, nimirum, fuper S. Scriptura Lectiones, etc. Romae tandem obiiffe fertur circiter annum gratiae 1536, regnante apud Scotos Jacobo Quinto.

DE DAVIDE LINDESIO.

David Lindesius, Rex Armorum, vel Leo Fecialium, genere et natione Scotus, ex nobili Lindefiorum familia in Fifa oriundus, a puerili aetate ac pene ab incunabulis ipfis animum erga literas mire propenfum habuit. Hanc in puero indolem, ceu futurae probitatis effigiem, parentes ejus ita exofculati funt, ut illum eruditis praeceptoribus educandum et docendum committerent, et in ftudiis pietatis ac bonarum literarum folicite nutriri fecerint. Qui postquam literis humanioribus in fcholis trivialibus operam dediffet, ad majora ftudia promotus Andreapolitanae Academiae alumnus factus eft, ubi et philofophicas difciplinas inchoavit. Denique, poft ftudia bonarum artium et difciplinarum, heraldicae arti fe totum tradidit, famamque non minimam ab eadem accepit. Heraldos ab heroibus deducit Aeneas Sylvius, qui veterani milites erant laboribus abfoluti, quorum officium erat reipublicae confulere, fontes arguere, laudare probos, corripere malos, viduis ac pupillis favere; et a Libero patre feu Baccho, filio Jovis, originem habuiffe dicuntur. Heraldica ars et

heroica philofophia in cenfendis et diftribuendis nobilium clypeis admodum occupata eft. David igitur hic cum aulicis omnibus, imo et ipfo rege Jacobo Quinto, ob ingenii varii dotes, non vulgarem contraxit amicitiam et familiaritatem: hinc a rege armorum rex et eques de Mont creatur; quod quidem munus adeo fcite et prudenter poftea obibat, nobilium et plebeiorum fummo applaufu, ut non minimam laudem inde acquifiverit. Vir erat lepidi et faceti ingenii, judicio tamen folidus, mirae urbanitatis, confilio nihilominus prudens et corde pius, fermonis politi, linguae expeditae, eminentiffimae tam in facris quam in profanis literis fcientiae. Poefin praecipue coluit; unde, dum ftudiis aliquando vacaret, compofuit inter caetera, vulgari fermone,

Pfittaci Teftamentum, lib.
Acta fui Temporis, lib.
De Mundi Miferiis, lib.
Teftamentum Cardinalis Betoni.
Certamen inter Jacobum Vatfonum et Joannem Tonforem.
Somnium Davidis Lindefii, ad Regem Jacobum Quintum.
Exhortationem ad eundem Regem.
Deplorationem Mortis Reginae Magdalenae.
Defcriptionem Paradifi, et alia etiam contexuit.

Claruit anno poftquam Verbum caro factum eft 1540, fub Jacobo Quinto Scotorum.

DE ALEXANDRO SETONIO.

Alexander Setonius, theologus infignis, Caroli illuftriffimi Sudovolgiorum ducis capellanus, claro et illuftri Setoniorum familia, natalique fplendore corufcus, genere et natione Scotus, Jacobo Quinto Scotorum regi a confcientiae fecretis. Erat certe ad virtutem et bonas literas a natura ipfa, Deo aufpice, factus et formatus. Hinc propter indolem praeclaram et fpem quam de eo conceperant omnes

optimam, ſolicite a parentibus, illuſtri proſapia natis, ad pietatem et ſtudia bonarum artium nutritus eſt. Nec defuit huic bono conſilio felix eventus; primo enim literas humaniores accurate didicit, mox ad altiora paulatim aſcendens, philoſophiae curriculum etiam emenſus eſt; poſtea theologicis ſtudiis ſe totum dedidit, et ſacrarum literarum uſum ſibi familiarem reddidit; a primis enim annis deditus dicatuſque ſacris fuit, nec quicquam prius habuit quam Deo et rebus divinis inſervire. Tandem ob ſingularem virtutem et eruditionem, bonis omnibus, imprimiſque regi Jacobo Quinto, carus extitit, unde eum a confeſſionum ſecretis fecit. Sed poſtea, relictis fortunis, in Angliam ſe recepit religionis ergo homo uſquequaque pius; fama ſiquidem acceperat, poſt Cimmerias tenebras, in Anglia Chriſtum in puritate evangelii reſplendeſcere. Londinum igitur impiger petiit, ubi, teſte Baleo, "vir multae ac perſpicuae eruditionis, inter alios caeleſtis doctrinae praecones, concreditum ſibi talentum (nemo felicius) in Domini ſui lucrum expoſuit. In magna virtute ſpiritus, evangelicus interpres, Scripturas ibidem ex ſacris codicibus per ſynagogas docuit, frequentiſſimum habens auditorium. Unde," inquit idem Baleus, "ſalutiferam ſcientiam non ex hominum commentis, aut philoſophorum placitis, ſed ex puriſſimis vitae Chriſtianae fontibus eduxit, ut homines ad ſacrae lectionis ſtudium alliceret." Factus eſt inde Carolo, clariſſimo Sudovolgiorum duci, a concionibus. Erat multa eruditione inſtructus, et in ſacris verſatiſſimus, vir animi modeſti, a faſtu alieni, et nequaquam ſublimia quaeritantis. Scripſit

In utramque Epiſtolam Petri, lib. II.
In canonicam Jacobi, lib. I.
In Actorum octodecim Capita, lib. I.
Proceſſum ſuae Examinationis, lib. I.
Sermones ad utrumque Statum, lib.
Conciones eruditas et Annotationes in ſacra eloquia plures.

Obiit anno ſalutis humanae 1542 in illuſtriſſimi Sudovolgiorum ducis Caroli domo, relinquens praedictum opus de ſua tractatione

per episcopos Wintoniensem et Londinensem, cum fidei suae ratione, Jacobo Quinto in Scotia regnante.

DE DAVIDE CAMPBELLO.

David Campusbellus, praeclari generis Scotus, ex nobilissimorum Argadiae comitum pervetusta familia ortus, Parisiensis ecclesiae Decanus. Hic in juvenili aetate scholas publicas frequentare coepit; postea a parentibus ad Andreapolitanam Academiam missus, philosophiam et artes liberales feliciter inchoavit. Demum excolendi mentem bonis studiis cupidissimus, relicta sua patria, florentissimas Galliae universitates frequentabat: in Parisiensi autem Academia ita ad Fanum Victoris inter commilitones suos emicuit, ut in magna laude apud ecclesiasticos Parisienses haberetur, in eademque academia ad diaconatum sit evectus publico omnium suffragio. Opibus, honoribus, et doctorum omnium amicitia abunde cumulabatur. Deinde factus est etiam ecclesiae Hustacii presbyter. Vir eruditus et disertus, pius etiam, et divinae gloriae fervens zelo; concionator denique suo tempore non incelebris, vir lepidi et elegantis ingenii. Politiorem literaturam feliciter didicit, et accuratam Latini sermonis scientiam, accedente ad promptitudinem naturalem labore et industria, consecutus est, rei literariae cultor exactissimus; quem quanto excellentioribus et eminentioribus fortuna dignitatibus evexit, tanto natura nobilioribus decoravit animi dotibus. Hic nempe cuncta etiam dignitatum clarissima fastigia otio literario et rerum exquisitis naturis semper postposuit. In divinis Scripturis eruditus, et tam in jure canonico quam in philosophia scholastica nobiliter doctus, ingenio subtilis, et clarus eloquio, in declamandis sermonibus ad populum doctus et facundus, vita et conversatione insignis, superstitiosos deme ritus. Edidit magnae devotionis et profundae eruditionis opuscula quaedam, quibus nomen suum posteris notificavit; e quibus subjecta feruntur. Ex Gesnero.

Pia et religiofa Meditatio in S. Iefu Chrifti Crucem, et ejus Vulnera.

Ejufdem Meditatio in Pfalmum quinquagefimum primum, "Miferere mei, Deus;" et in Pfalmum centefimum fecundum, "Domine, exaudi orationem meam;" ejufdem Divinum Officium de Sacrofanctis D. N. Iefu Chrifti Plagis; excufa funt Parifiis apud Claudium Garmontium anno Domini 1545, in 16, quo tempore claruit fub Maria regina.

DE ALEXANDRO ALESIO.

ALEXANDER ALESIUS, genere et natione Scotus, in Saxonia Lipfienfis Academiae profeffor, et in theologia decanus, ab incunabulis cura parentum in timore Dei educatus, quamprimum annos adolefcentiae attingeret, bonarum literarum omnifque virtutis ftrenuus cultor, vir bono ingenio et fcientiarum avido, unde accedente ad indolem naturalem labore et induftria, ad fummam eruditionem pervenit. Cum autem, tranfacto ftudiorum fuorum curriculo, fui juris effet, ut cui vellet fcientiae fe applicare poffet, theologicis ftudiis naturali quadam propenfione deditus, facrarum literarum lectioni imprimis incubuit. Literas humaniores et omnes liberales artes utcunque tenuit, melius philofophicas fcientias, theologicas autem et accuratiffime didicit et utiliffime docuit. Non enim folum in theologia fcholaftica, fed etiam in antiquis patribus, in primis ecclefiae doctoribus, in oecumenicis conciliis, et in facris denique Scripturis, valde fuit exercitatus. Merito ergo in hujus viri laudes infurgit, ut alios taceam, Baleus: cui etiam tractatum fuum de Scriptoribus Scotis dedicat. Vir ingenio fubtilis, eloquio fcholafticus, qui quod male ei cum epifcopis conveniret, remotiores provincias adire decreverat: "ferre nimirum," inquit Baleus, "non poterat animus admodum Chriftianus, manifeftata evangelii luce, viam ad Dei regnum Pharifaeorum et hypocritarum ftercoribus obftrui, aut populum, immaculati agni fanguine redemptum, fub evacuatis umbrarum legalium figuris, ad animarum eorum perni-

ciem, ulterius detineri. Conſtituit ergo piiſſimus Chriſti famulus abire, ac, pro Dei domo zelum habens, remotiores adire provincias, ut tam apertam Dei blaſphemiam, et ſalutaris ejus verbi injuriam, gravibus ſuis ſcriptis vindicaret; et quum veniſſet Londinum, quoſdam et illic invenit eodem laborantes morbo." Arripuit ergo calamum, et poſt quandam in ea re, procurante Cromwelo, diſceptationem, adverſus Joannem Stokeſley, Londinenſem epiſcopum, ex Scripturis ſacris congeſſit,

De Auctoritate Verbi Dei, lib. I.
Ad Scotorum Regem, contra Epiſcopos.
In omnes Epiſtolas Pauli, lib. XIV.
Diſputationes in Paulum ad Romanos, lib. I.
Contra Calumnias Cochlaei, lib. I.
De utriuſque Naturae Officiis in Chriſto, lib.
De diſtincta ejus Hypoſtaſi, lib. I.
Contra Lovanienſium Articulos, lib. I.
De Juſtificatione, contra Oſiandrum, lib.
Contra Michaelem Servetum, lib.
De Scripturis Legendis in Lingua materna, lib.
Pro Scotorum Concordia.

Convertit ab Anglico ſermone in linguam Latinam Ordinationes Anglorum Eccleſiae, lib. Praefationem ſuper Obedientia Gardineri, et alia permulta, quae ad utilitatem eccleſiae congeſſit, et in noſtro noſtrorum Scriptorum Catalogo fuſius enumerantur. Claruit in Saxonia anno Verbi incarnati 1558, ſub Maria Scotorum regina.

DE PATRICIO COCKBURNO.

Patricius Cockburnus, ex praeclara quadam Scotorum familia prognatus, a pueritia in literarum ſtudiis utiliter educatus; nam, ut de eo ſcribit nonnemo, olei tantum et operae in ſtudiis honeſtis collocavit, quantum ſuo ſeculo in ea patria pauci claris natalibus orti.

Poſtquam annos adoleſcentiae in ſtudiis literarum illi aetati congruis in Scotia tranſegiſſet, a praecipuis bonarum literarum magiſtris diligentiſſime primum inſtructus, Galliam juvenis petiit, ubi Pariſios ſe contulit, et trium linguarum principalium ſtudioſis ſe comitem adjunxit; unde ingenium inſtructum habuit non vulgari literarum cognitione. Praeter caetera vero mira ex tempore dicendi ſcribendique facunditas, ita ut cuncta quae aggrederetur non minus cito, quam feliciter et eleganter, perficeret. Acceſſit ad Latinae Graecaeque linguae peritiam, Hebraicarum quoque literarum intelligentia; quibus eam operam brevi temporis ſpatio impendit, ut non mediocrem tum omnium mundi naturalium rerum, tum imprimis caeleſtis doctrinae cognitionem perciperet. Intimae philoſophiae omnia exactiſſime perdidicit, et eloquentiam, ex puriſſimis fontibus hauſtam, antiquorum temporibus aequatam in ſcriptis oſtendit. Ad poſtremum, ſtudiorum rationem omnem ad ſacrarum literarum cognitionem, egregio ſacerdote dignam, contulit. Fuit Patricius hic vir integerrimae vitae, magnae etiam gravitatis et ſeveritatis, diligens virtutum cultor, acerrimus vitiorum oſor, et omnium ſectarum et haereſium capitalis hoſtis. Ingenio erat prope divino, eloquio gravi et terſo, in omni artium et diſciplinarum genere doctiſſimus, et praeter doctrinam ſingularem, vir certe perhumanus, affabilis, modeſtus, ac multa veneratione dignus. Hunc ut natura parens maximis decoravit animi dotibus, et naturali ad rerum indagandas naturas praeparamento inſignivit, ita fortuna bonorum cumulis ingentiſſimis et gratiſſima dexteritate eum uberrime donavit. Ne autem inceptis ejus magnificis deeſſet immortalitas, Latine et docte inter alia multa compoſuit,

De Excellentia Verbi Dei, lib. I.

De Vulgari S. Scripturae Phraſi, lib. II. quorum prior de peccato in Spiritum S. quod alias ad mortem et irremiſſibile vocant, tractat; poſterior vero difficillimos quoſque et obſcuriſſimos utriuſque Teſtamenti locos, hactenus a multis

male intellectos, et pejus adhuc interpretatos, ſumma cum diligentia et fidelitate explicat.

Epiſtolas et Orationes, lib. I. et alia.

Claruit anno nati Redemptoris noſtri 1553, ſub Maria.

DE RICARDO MORYSONO.

RICARDUS MORYSONUS, ex Scotia honeſtis parentibus ortus, et ipſe poſtea in Anglia equeſtris ordinis. Hic adoleſcens pietati et eruditioni parentum cura ſedulo incubuit, tantum autem in diverſarum artium ſcientiis ſtudio ac diligentia a juventute profecit, ut ſuo tandem ſeculo clariſſimus haberetur. Literas non parvo labore in celeberrimis totius Scotiae et Angliae gymnaſiis coluit, arteſque liberales edidicit ; culturam etiam illam copioſa meſſis ſequuta eſt. In Scripturis ſanctis a pueritia ſtudioſiſſimus et multum eruditus, atque in philoſophia Peripateticorum nulli ſuo tempore ſecundus ; in omni bonarum diſciplinarum genere ab ipſa juventute optime verſatus et exercitatus, unde progreſſu temporis rhetor inſignis, Graecae ac Latinae linguae peritiſſimus, orator etiam facundus evaſit. His addidit utriuſque juris, et hiſtoriarum a condito mundo ſtudia, in quibus haud infelices fecerat progreſſus. Summae eruditionis et eloquentiae nomine apud Carolum Quintum Romanorum Caeſarem, et alios Chriſtianos principes, oratoris munus non ſemel maximo omnium applauſu et ſumma cum dexteritate obibat : hinc apud omnes haud vulgarem inibat gratiam, eratque ejus inter homines doctos illuſtriſſimum nomen ; imprimis vero Henrico Octavo, et poſt eum Edwardo ejus filio, Anglorum regibus, carus fuit. Erat vir vitae integritate et ſingulari doctrina conſpicuus, ſubtilis ingenii, tenacis memoriae, ad ſcholaſticas concertationes mire acutus; omnem humanioris literaturae ornatum, philoſophiam, juriſprudentiam, et theologiam, apprime calluit ; tanta rei literariae ſitis, tantus amor,

tanta cura, tantum ſtudium ; hinc ſubito fama ſuper aethera notus, certe etenim dignum laude virum Muſa vetat mori. Sapiens virtutis honorem, praemium non praedam petit; neque ullam aliam ſuorum laborum mercedem poſcit quam laudis et gloriae, quam ſi illi detraxeris, nihil illi relinquis cur ſe tantis lucubrationibus et vigiliis exerceat. Scripſit multa praeclara opuſcula quibus memoriam ſui poſteris commendavit; nimirum,

Contra virulentiſſimas inſanientis papiſtae Joannis Cochlaei Calumnias, Apomaxim pro Rege, lib.
De Damnis ex Rebellione, lib.
Remedia contra Seditionem, lib.
Pro Tuenda Patria, lib. I.
Adverſus Proditionem, lib.
Hiſtoriam Rerum geſtarum Henrici, lib.
Epiſtolas ad diverſos, lib.

Tranſtulit etiam in Anglicum ſermonem nonnulla, de quibus plura vide in noſtro Catalogo Scriptorum. Ex Italia demum rediens pervenit Argentoratum, ubi anno gratiae 1556 et die 17 Martii in humanis eſſe defiit. Claruit ſub Maria.

DE JOANNE KNOXIO.

JOANNES KNOXIUS, ex antiqua Knoxiorum familia in Lenoxia Scotiae ducatu oriundus, in ſchola patria quae tenerae aetati conveniunt didicit. Poſtea, cum eſſet bonae ſpei adoleſcens, ad philoſophiam et liberales artes perdiſcendas, exteras de more regiones petiit : in Galliam igitur transfretavit, mox ad Genevam ſe contulit, ubi variam multijugamque eruditionem in orthodoxa religione ſibi comparavit ſub optimo et clariſſimo doctore Joanne Calvino. Poſtea in Angliam ſe recepit fidelis Dei vineae colonus, et ibi bene inchoatos videns aliorum labores qui religionis reformatores erant, imo laborum fruc-

tus habens perſpectos, non otioſum ſpectatorem, ſed ſtrenuum ſe praebuit operarium. Salutari etenim doctrina bonaeque vitae exemplo, multos ab erroribus ad veritatem, a vitiis ad virtutem perduxit, non ſine quotidiano vitae diſcrimine. "Vir non minoris literaturae," inquit Baleus, "quam virtutis, eloquiorum Dei dogmata Chriſtiano populo intrepide proponens, non vulgarem apud ſuos tum Scotos tum Anglos gratiam inibat. Qui anno Domini 1550 in terra Dunelmenſi Dei verbum annuncians, coactus eſt coram epiſcopo Tonſtallo et ejus doctoribus ſuper miſſa papiſtica opinionem ſuam dicere, et quarto die Aprilis ejuſdem anni aperiens in concione ejus idololatrias et horrendas blaſphemias, tam ſolidis argumentis abominationem eſſe probabat, ut, cum omnibus ſciolis Saturnius ille ſomniator refragari non poſſet." Deinde in Scotiam a comitibus Mortonio et Moravio vocatus, poſt varias multaſque diſceptationes cum pontificiis, in ſcholaſtica theologia multum verſatis, pio ſtudio inſtaurandae religionis orthodoxae incitatus, ipſe apoſtolicus plane vir magna ex parte eam e tenebris in lucem produxit, idque tum ſcriptis in publicum propoſitis, tum libera ſemper profeſſione atque viva voce. Tandem matrimonium contraxit cum filia nobiliſſimi et clariſſimi domini de Ockyltrie, cum qua feliciter longo tempore vixit, infinitas pene mortalium animas Chriſto lucrifaciens fidelis Chriſti praeco, et antiſtes eccleſiae Edinburgenſis; quem nec nobilium nec pontificum vis ulla, nec ſophiſtarum innumerabilium fraus unquam vel tantillum terruit. Praecipuis Galliae et Germaniae academiis ſingularis ingenii doctrinaeque laude cognitus fuit. Ornatus erat miranda et plane divina eloquentia, necnon animi fortitudine et conſtantia ſingulari; nemo enim eſt qui ejus fidem et patientiam tot aerumnis, tanta perſecutione, exilioque diuturno et gravi, teſtatam non collaudet, non admiretur, non amplectatur. Hoc aevo noſtro tanquam lucifer et quidam ſol praefulgidus, divino quodam munere et providentia eccleſiae depreſſae et conculcatae remedium datus, ſuis exquiſitiſſimis declamationibus, et apoſtolico quo-

dam concionandi genere emicuit; ac veluti alter electionis vas mundo oblatus, tantam ingenii vim et docendi robur de ſe oſtendit, in declamationibus ad populum ita verbis lectis, multo cum ſpiritus fervore, diſertus erat, et ſententioſus etiam canora voce, vultu, ac caeteris corporis motibus ad rem erat accommodatus, ut nihil ad laudis cumulum addere poſſis. Quanta autem hujus viri doctrina, quanta eloquentiae vis ac majeſtas fuerit, partim ex ſermonibus, partim ex epiſtolis et orationibus a ſe eruditiſſime editis, quiſque dilucide elicere poteſt. Scripſit enim

Buccinae Afflatum primum, lib. I.
Ad Populares Scotiae, lib. I.
Conſilium in his Anguſtiis.
Epiſt. ad Londinienſes et alios, lib. I.
Contra Miſſam Papiſticam, lib.
In Geneſin Conciones.

Et alia plurima, quae alibi a nobis fuſius enumerantur. Claruit anno Gratiae 1559, ſub Scotiae regina Maria.

DE JOANNE DEMPSTERO.

JOANNES DEMPSTERUS, ſeu Themiſtor dictus, Juris utriuſque Doctor Lutetiae, et reipublicae Venetae bibliothecarius, genere et natione Scotus, ex honeſta familia Dempſterorum oriundus, et Thomae Dempſteri, viri literati et nuper admodum defuncti, gentilis; qui poſtquam literaturae humanioris curriculum abſolviſſet, miſſus eſt ad Aberdonenſe gymnaſium ad liberales artes capeſcendas, ubi philoſophica ſtudia, ut moris eſt, inchoavit. Sed eo curſu propter amorem pontificiae religionis relicto, transfretavit in Galliam, et Lutetianam Academiam, totius Galliae celeberrimam, adiit, ibique ſtudia interrupta repetiit; atque poſt abſoluta philoſophiae ſtudia, juriſprudentiae operam dedit, tales autem tantoſque temporis ſucceſſu progreſſus fecit, ut utriuſque juris doctor crearetur celeberrimus. Cum hac ratione,

rara animi prudentia et vitae integritate, insignis esset, magnum nomen magnamque laudem apud doctissimos quosque sibi conciliavit, in tantum ut tribus vicibus rector universitatis sit electus. Omnium doctorum ora in se convertens, leges civiles publice in academia enarravit; non enim modo alios eloquentia et eruditione vicit, sed et cum veteribus certasse videri poterat. Postea Italiam versus iter instituit, ubi cum ad urbem Venetam venisset, ab ejusdem urbis senatu publicus reipublica Venetae bibliothecarius declaratur; in quo officio et munere obeundo, ad extremum usque vitae suae halitum summa cum laude permansit. Vir erat eruditionis nomine multum laudandus, Graece et Latine doctissimus, poeta tersus, orator facundus, in secularibus literis eruditissimus, et divinarum Scripturarum non admodum ignarus, philosophus et rhetor clarissimus, ingenio subtilis et disertus eloquio, metro exercitatus et prosa. Scripsit utroque genere quaedam non spernenda opuscula, quibus memoriam sui posteris commendavit, de quorum numero subjecta feruntur:

In Aristotelem Commentar.

In Institutiones Justiniani Dilucidationes et variae Animadversiones.

Poemata item varia, docto et facundo stylo, et Orationes.

Naturae cessit anno dominicae incarnationis 1559, dum Scotici regni sceptrum parum feliciter a Maria teneretur.

DE HENRICO SCRIMGERO.

Henricus Scrimgerus, Scotus natione, ex illustri Scrimgerorum familia in Angusia ortus, postquam suae eruditionis tirocinia in alma Academia Andreapolitana absolvisset, humaniores literas, Graecas et Latinas, artes etiam liberales, magno cum fructu didicisset, a parentibus, erat autem constabularii Deidonani filius, in Galliam est transmissus; et ne in ea peregrinatione tempus conterere videretur, in alma Academia Parisiensi apud Turnebum, qui etiam Scoto avo natus erat, Petrum Ramum, Genebrardum, Budaeum, et alios viros doc-

tos, fubftitit; apud quos in Graecis et in Hebraicis, ut alia omnia taceam, plurimum profuit. Vir propter multiplicem doctrinam et fingularem linguarum peritiam fuo tempore celeberrimus: erat autem induftriae mirabilis, acerrimi ingenii, folidiffimi judicii, et incredibilis in rebus agendis et fcribendis prudentiae. Relicta demum Lutetia, Genevam eft profectus, ubi Joannem Calvinum, Theodorum Bezam, Viretum, et Farellum, atque alios plurimos viros doctos, in theologia et facris linguis docentes, diligentiffime audivit; unde brevi linguarum peritus, divinarum et fecularium literarum doctiffimus evafit. Propter quas infignes animi dotes, dici vix poteft quanto fuerit in pretio apud fummos duces et principes in Gallia et Germania; inter alios, apud Uldricum Fulkerum, Pauli Tertii aliquando cubicularium, et in Augufta Vindelicorum civitate natum ex gente inter Germanos clara admodum, qui poftea Proteftantium partibus adhaefit, et orthodoxam religionem profeffus eft: qui etiam eo tempore in veterum fcriptis, Graecis maxime, liberali fumptu comparandis et evulgandis intentus, Henrici Scrimgeri diligentia et eruditione ufus erat. Hic, magnus ille Fulkerus poftea dictus, Henricum noftrum Scrimgerum in fummis deliciis apud ipfum habuit; ejufque confilio et hortatu multa tanto viro digna ad rem literariam promovendam apud eum effecit. Graece edidit Novellas Conftitutiones; Vitam feu Defperationem Francifci Spirae Itali, fuppreffo nomine; Caftigationes in Ariftotelis Politica, et Ifocratem; Commentaria in Horatium, quae in fua epiftola ad Uldricum Fulkerum in lucem emittere promiferat. Editurus etiam ante mortem hos Graecos auctores qui fequuntur, quos cum vetuftiffimis manufcriptis codicibus in Italiae bibliothecis, a fe collectis, contulit: nimirum, Demofthenem cum quinque manufcriptis diverfis; Thucydidem cum duobus; Herodotum cum duobus; Strabonem cum tribus; Gorgiam Platonis cum uno; Arrianum de Geftis Alexandri cum uno; Xenophontem cum tribus; Plutarchi Opufcula cum tribus; ejufdem Vitas cum duobus; Phornutum et Palaephatum cum antiquo, plane diverfo ac prope alio ab

impreſſo; Harpocrationem cum uno; Hiſtoriam Eccleſiaſticam Euſebii, Theodoreti, Socratis, et aliorum, cum duobus, multis locis non ſolum emendatam, ſed integris fere paginis auctam: Animadverſiones in Diogenem, in Platonem, in Laertium, in Euclidem, in Athenaeum, in Herodianum, in Theonis Sophiſtae Progymnaſmata, in Diodorum Siculum, in Lyſiae Λόγον ἐπιτάφιον, in Apollonium Grammaticum, in Heliodori Aethiopica: qui libri omnes, cum ejus variis lectionibus in margine, hodie ſervantur in bibliotheca D. Petri Junii, Jacobi Britanniarum regis magiſtri, Henrici etiam ex matre nepotis, ut et diſcipuli. Obiit Genevae anno gratiae 1564, ſub Maria. De eo ſic cecinit poeta quidam:

Scrimgerus vitae exegit ter lustra quaterna
  Tresque annos, testae fictilis hospes ovans,
Scotia cui natale solum, fatale Geneva,
  Gallia Athenaeum, Roma magisterium,
Amphitheatrum orbis totus, Germania census,
  Doctrinarum orbis laus, patria alma polus.

DE THOMA SMETONIO.

Thomas Smetonius, genere et natione Scotus, profeſſione theologus, ex Laudonia prope Edinburgum oppidum, ex antiqua Smetoniorum proſapia, ortus, ab ineunte aetate in literarum ſtudiis ſedulo educatus; maturior factus, in Academia Andreapolitana philoſophica imbibit ſtudia. Exacto autem ſtudiorum curriculo, patriam reliquit, et altioris eruditionis adipiſcendae cauſa, exteras nationes inviſitare fert animus. In Gallias igitur delatus, celebriores totius Galliae academias frequentavit, ſed vix dum theologicis initiatus ſtudiis in Lutetia Pariſiorum, a Jeſuitis, peſtiferis hominum generibus, in religione ſeductus, eorum placitis, nec multo equidem negotio, aſſentitur. Poſtea vero cum, ſingulari Dei gratia praeveniente, eorum fraudes detexiſſet, in patriam eſt reverſus, et apud viros literatos converſans, omnibus ſummis in deliciis fuit. Hinc brevi ad primarii munus obeundum

in Academia Glafguenfi vocatus eft, in quo officio fideliter et maximo omnium applaufu permanfit, omnibus doctorum cujuflibet profeffionis ordinibus cariffimus, fingularique prudentiae, moderationis, et fapientiae nomine, univerfis omnium ordinum hominibus verae atque doctae pietatis encomio admirandus. Vir in utraque lingua, Latina et Graeca, abfolute doctus, ut hanc non minus atque illam perfecte et promptiffime fciret; in facra etiam, id eft Hebraea, lingua perquam eruditus. Ad philofophiae fimul et theologiae culmen progreffus fecit tam ferios, ut pares non folum multis poft fe parafangis relinqueret anticipans, fed et fuperiores exuperaret brevi, vel faltem profectu adaequaret. In ftudiis bonarum literarum, et in exercitiis virtutum, ab ipfa tenella aetate femper erat diligenter enutritus; ut accedente tam fedula cultura ad ingenii felicitatem, et alias bonas naturae dotes, non mirum fit omnia ex voto profpere fucceffiffe. Dicitur certe fuiffe concionator facundus et vehemens, difputator fubtilis, fcriptor non inelegans. In omnibus ita Domini zelum zelatus, idque fecundum fcientiam, ut ubicunque fe obtulit occafio, et in concionibus et in difputationibus, et libris etiam fcriptis, haerefes et haereticos femper acriter fuerit infectatus. Compofuit autem hic pius et eruditus doctor

De veris Notis verae Ecclefiae Chrifti, lib.

Paraenefin ad Jefuitas Scotos in Galliis commorantes, ut ad gremium verae Ecclefiae redirent.

Lecturas in S. Scripturas.

Refponfionem ad Hamiltonium, lib.

Hiftoriam Vitae et Obitus Joannis Knoxii.

Et alia nonnulla, quae vel temporis injuria vel hominum incuria defierunt comparere. Claruit anno poft partum virginis 1570, regnante in Scotia Jacobo Sexto.

DE GEORGIO BUCHANANO.

GEORGIUS BUCHANANUS, Poeta et Hiſtoricus, in Levinia Scotiae provincia natus eſt, ad Blanum amnem, in villa ruſtica, familia magis vetuſta quam opulenta, a pueritia in literis utiliter educatus. Poſtquam avunculus ejus in ſcholis patriis ſpem de ingenio ejus concepiſſet, Lutetiam amandavit, ubi circiter biennium literarum ſtudiis, maxime carminibus ſcribendis, operam dedit. Poſtea morbo correptus, ad ſuos eſt reverſus, et cum auxiliis Gallorum in caſtra eſt profectus, urgente ſua neceſſitate. Anno autem proxime ſequente, primo quoque vere, factus eſt auditor Joannis Majoris in Academia Andreapolitana. Hunc in Galliam aeſtate proxima ſecutus, tandem in Collegium Barbaranum accitus, prope triennium grammaticam docuit: deinde a Gilberto Caſſiliſſae comite, poſtquam quinquennii ſpatio ei adhaeſerat, in Scotiam eſt reductus, ubi a rege rogatus, in Franciſcanos ſilvam protulit. Hinc patriam derelinquere eſt coactus, atque per Angliam in Galliam denuo proficiſcitur, ibique Burdegalae biennium docuit. Saepius etiam exinde ſedem commutavit, nunc in Scotiam, nunc in Angliam, Galliam, et Italiam ſe recipiens. Denique, poſt XXIV. annorum peregrinationem, regem nativum, Jacobum Sextum, diſcipulum ſuum habuit; qui ubi adoleverat, eum a conſiliis et privati ſigilli cuſtodem fecit. Vir erat ingenio pollens, animique dotibus pulcherrime ignitus, de literis optime meritus, et cui comparando ob ſingulares ingenii dotes aetas noſtra vix parem vidit, non per Scotiam ſolum, ſed et per Angliam, Galliam, Germaniam, et, ut compendio dicam, per ipſam ſtudiorum matrem Italiam. De cujus viri laudibus non eſt cur multis hic agam, quas ſcio notiores eſſe, quam ut frigida praedicatione mea indigere videantur. Liberiore veluti ſtudio, ut de Joviano Pontano ſcribit Paulus Jovius, Muſas per omnes numeros exercuit, tanta habilis ingenii foecunditate, ut neque poetis, neque oratoribus, qui tum maxime florerent, dignum ſecundae

famae locum relinqueret. Erat auftero fupercilio, et toto corporis habitu, imo moribus hic nofter, fubagreftis; fed ftylo et fermone perurbanus, quum faepiffime, vel in feriis, multo cum fale jocaretur. Denique vir quem mirari facilius quam digne praedicare poffis. Quae autem praeclara ingenii monumenta, quibus toti orbi innotuit, apud omnem pofteritatem laudes immortales nomenque nunquam interiturum confecutus eft, fcriptis commifit, hic paucis attingam, fufiorem eorum enarrationem in alium locum rejiciens. Edidit igitur

Rerum Scoticarum Hiftoriam, lib. XXIV.
De Jure Regni apud Scotos, Dialogum.
Pfalmorum Davidis Paraphrafin Poeticam.
De Sphaera Mundi, lib. V.
Silvarum, Elegiarum, Iambων, Hendecafyllabων lib.
Francifcanum et Fratres.
Jephthen, Tragoediam.
Baptiften, Tragoediam.

Et alia plurima. Obiit Edinburgi anno falutis humanae 1582, 28 die Septembris. Viri itaque hujus benemerentiffimi manibus parentatus Jofephus Scaliger hoc illi fecit elegidion:

Postquam laude tua patriam, meritisque beasti,
  Buchanane, tuis solis utrumque latus,
Contemptis opibus, spretis popularibus auris,
  Ventosaeque fugax ambitionis, obis;
Praemia quina quater Pisaeae functus olivae,
  Et linquens animi pignora rara tui:
In quibus haud tibi se anteferent quos Itala vates
  Terra dedit; nec quos Gallia mater alit,
Aequabunt genium felicis carminis, et quae
  Orbis habet famae conscia signa tuae.
Namque ad supremum perducta poetica culmen,
  In te stat, nec quo progrediatur habet.
Imperii fuerat Romani Scotia limes:
  Romani eloquii Scotia finis erit.

DE JACOBO CRITONIO.

Jacobus Critonius, genere et natione Scotus, ex familia Cluniensi, in Angusia generosis parentibus ortus, a teneris annis in schola Edinburgena bonis literis informatus, et in Academia Andreapolitana philosophicis studiis imbutus. Postquam vero artes liberales ex parte didicisset, jamque sui juris plane factus, nullum peculiare studium est secutus, sed quasi per omnia vagatus, uti erat juvenis multiplicis doctrinae et memoriae, stupendique ingenii, modo in grammaticis, modo in poeticis et rhetoricis, modo in philosophicis studiis, et modo in theologicis, se exercuit, ita ut in omni genere scientiarum doctissimus haberetur. Demum longinquas petiit regiones, ut illic meliores in studiis progressus faceret; et cum in Gallia, Germania, et Italia peregrinaretur, inter omnes viros doctos illius seculi tanquam miraculum doctrinae, divinitus missum, tum inter Pontificios, tum inter Protestantes, habitus est. Vita ipsius ab Aldo Manutio scripta est in praefatione Commentariorum ad Paradoxa Ciceronis, quos commentarios eidem Critonio inscribit dedicatque. In horum decursu carmina Critonii nonnulla ab oblivionis injuria vindicat Manutius, cum mirabili illo programmate valvis Academiae Patavinae affixo, in quo publice se obtulit contra omnes professores et doctores ejusdem academiae, imo totius Italiae, de omni quaestione artium aut scientiarum cum illis disserere. Quod postea [fecit] in praecipuis academiis, maxime vero in ipsa Romana civitate, praesentibus pontifice, cardinalibus, ducibus, principibus, aliisque doctis viris, in qua tantam obtinuit laudem, gloriam, et victoriam, ut a Clemente Octavo pro admirabili ipsius ingenio et doctrina, commendatus fuerit principi et duci de Mantua, ad filium suum instituendum in omni politiori doctrina. A quo postea in nocturna quadam ambulatione, quod amasiam principis deperiret, infeliciter est interfectus in aetatis suae flore, cum vix trigesimum attigisset annum. Ejus effigies in Vaticana

Bibliotheca poſita fuit, et in hunc uſque diem conſervatur a pontifice. Vir erat in humaniore literatura ſupra vulgarem morem eruditus, poeta non vulgaris, orator diſertus, philoſophus acutiſſimus, acris ingenii, ſolidi judicii, ſummae eruditionis, paris eloquentiae, incredibilis induſtriae et laboris: denique, in omni melioris doctrinae genere tantam conſecutus eſt perfectionem, ut inter eruditiſſimos aetatis ſuae viros non immerito eſſet numerandus. Reliquit multa egregie calamo annotata, plura quidem multo et majora relicturus, niſi morte repentina fuiſſet praeventus, quae docta cum voluptate legeret poſteritas, praecipue haec:

Orationes quaſdam.
Theſes quaſdam.
Carmina varia.

Claruit anno intimatae pacis evangelicae 1582, ſub Scotiae rege Jacobo Sexto.

DE JACOBO LAUSONIO.

Jacobus Lausonius, eccleſiaſtes profeſſione, natione Scotus, a prima juventute in ſtudiis virtutum, pietatis, et bonarum literarum optime enutritus, maturior factus incredibili ſcientiarum inflammatus deſiderio petiit Academiam Andreapolitanam, ubi, poſtquam ad humanioris literaturae cognitionem adjunxiſſet philoſophiam, exacto curriculo ſtudiorum, magiſterii laurea donatur. Hinc praeclaram indolem, eximias virtutes, et alta naturae dona diligenter omni liberali arte et ſcientia excoluit. Adoleſcentiam ſicuti et virilem aetatem in patria tranſegit, neque enim eum unquam Scotiae fines egreſſum fuiſſe accepimus, niſi quod in Angliam, cum Anguſiae et Marriae comitibus, et aliis miniſtris, ad tempus ſeceſſerat; ubi certe magnates et viri illuſtres plurimi, ob inſignem qua praeditus fuit eruditionem, eum in ſummis deliciis habuerunt. Cum autem per aetatem judicium ei matureſceret, ſe totum divinis mancipavit obſequiis et ſacrarum liter-

arum lectioni; unde fucceffu temporis egregius et fidelis Dei vineae colonus prodiit, ejufque piam intentionem bono et profpero eventu fecundavit Deus. Tandem vocatus eft ad doctrinae caeleftis capita in Edinburgenfis urbis templo explicanda, ubi ad aliquot annos, recta docendo falfaque refellendo, munere fuo probe perfunctus, gregem fibi commiffum nutriebat, inftruebat, et cuftodiebat. Vir pietate, prudentia, doctrina, et in rebus agendis dexteritate infignis, in librorum lectione affiduus, inexhaufto labore, indefeffa diligentia, in Scripturis fanctis a pueritia ftudiofiffimus et multum eruditus, atque in philofophia Peripateticorum vix alicui fuo tempore apud Edinburgenfes fecundus. Ingenio mitis, fermone dulcis et compofitus, non minus vita quam fcientia reverendus: in enodandis quaeftionibus Scripturarum difputator acerrimus, rerum fublimium et caeleftium contemplationi mirifice deditus. Scripfit praeterea quaedam praeclara opufcula de divinis praecipue Scripturis, quibus nomen fuum ad notitiam pofteritatis tranfmifit; inter caetera,

Conciones eruditas in totam fere Apocalypfin.
Sacra Poemata de variis locis Scripturae.
Vitam Joannis Knoxii.

Et alia plurima chartis commifit. Floruit anno humanae falutis reparatae 1588, dum apud Scotos in regni folio federet Jacobus Sextus.

DE JOANNE LESLAEO.

JOANNES LESLAEUS, Epifcopus Roffenfis, natione Scotus, ex nobili et pervetufta Leflaeorum familia oriundus, in juventute bonis literis inftructus, philofophica inchoavit ftudia in fchola patria, ad Fanum fcilicet S. Andreae. Poftea in Galliam transfretavit, ubi in academiis celeberrimis, [Parifienfi, Pictavienfi, et Tolofana,] ftudia interrupta repetiit: inde Romam ad theologiam audiendam miffus eft. Tandem ad Scotiam fuam reverfus, varia fubinde in ecclefia obibat munia, ut ipfe de fe teftatur in Paraenefi ad Proceres Populumque Scoticum,

his verbis: "Cum divina providentia factum esset, ut aliqua nostri populi moderandi potestas, mihi nihil fortasse merenti, in ipsa statim adolescentia traderetur, ac procedente tandem aetate munus ita augeretur munere, ut ultimus semper labor, qui aliis honor videri et dici solet, ad sequentem et difficiliorem multo, et longe graviorem quasi gradus quidam videretur, ita meorum studiorum rationes instituendas curavi, ut illae in primis res quae hominem ejusmodi reipub. muneribus implicitum exornant maxime, in meis actionibus et vita aliquo modo eminerent, ne vel iis, qui haec mihi munera detulerant, indignus, vel patriae, quae confirmarat, ingratus omnino viderer. Quare cum in legibus, et in historia ipsarum legum certissima regula, maximum reipub. administrandae momentum positum esse animadverterem, partim legibus publice interpretandis, partim controversiis pro tribunali dirimendis operam navavi, et historiam," etc. Haec ille. Progressu etiam temporis ad episcopatum evectus est in Rossia provincia: fuit etiam Mariae Reginae a secretis, et aliquoties orator S. R. E. in Anglia et Gallia. Primo erat juris utriusque doctor in Academia Aberdonensi, primariusque ejusdem diocesis judex, officialis dictus. Paulo post supremae curiae senator, reginaeque a consiliis, et episcopus Rossensis renunciatus est. Denique hunc eruditionis nomine laudare aequum est: omnem humanioris literaturae ornatum, partim in schola patria, partim alibi abunde hauserat. In jurisprudentia clarus erat, in philosophia etiam admodum acutus; theologiam vero non puram, sed erroribus et ritibus pontificiis involutam, didicit. Scripsit autem

Animi Afflicti Consolationes, lib. I.

Animi Tranquilli Remedia, lib. I. In octavo Parisiis extant.

De Origine, Moribus, et Gestis Scotorum, lib. X. Chronicon.

Pro Jure Serenissimi Regis.

Descriptionem Scotiae, una cum Tabella topographica, Romae impr. 1578.

Et alia. Tandem fato functus est [Bruxellae] anno salutiferi partus [1596,] dum in Scotia rerum potiretur Jacobus Sextus.

DE JACOBO TYRIO.

JACOBUS TYRIUS, S. Theologiae Profeſſor, natione Scotus, ex Anguſiana provincia oriundus, cujus familia in ea ſatis celebris eſt, ad Academiam Andreapolitanam in teneris annis a parentibus miſſus eſt; ubi diligentem operam in bonis artibus et literis ediſcendis navavit, philoſophicas diſciplinas accurate didicit. Tandem perſuaſionibus ſacerdotum pontificiorum ad eorum religionem et partes eſt pertractus; itaque relicta academia, et ſtudiorum curriculo interrupto propter amorem Romanae religionis, in Galliam transfretavit. Deinde Pariſiis a ſuis conterraneis Scotis pontificiis, qui ibi in academiis et monaſteriis degebant, humaniter eſt acceptus; cumque intellexiſſet ſeminarium Jeſuitarum in ea urbe erectum, illuc continuo feſtinavit, quibus ſe comitem et parem ordinis illius adjunxit; nec multo quidem poſt tempore ad publicas diſputationes a Sorboniſtis doctoribus eſt provocatus, in qua ſolenni diſputatione coram rege, clero, et regni proceribus, ita docte et egregie ſe geſſit, tam in reſpondendo quam in opponendo, ut omnes pariter in ſui admirationem, pro ipſius ingenii acumine, eruditione inſigni, et ſtupenda memoria, pertraxerit. Erat enim vir optimis naturae dotibus praeditus, omnibus etiam melioribus diſciplinis nobiliter excultus, integerrimae vitae, temperans, modeſtus, humilis, mitis, et manſuetus, quod raro in ullo Jeſuitarum invenitur; orator diſertiſſimus, concionator exquiſitiſſimus; moribus gravis et modeſtus, omnibus affabilis, theologicarum ſubtilitatum et profanarum literarum ſcientia nobiliter inſtructus; divinae gloriae zelo, utinam non praepoſtero, fervidus, et qui pro Romanae religionis defenſione ac propagatione multa fecit et tulit. Concertationes ſcholaſticas, cum religionis inſtauratoribus in Scotia noſtra, beatae memoriae viris, non ſemel tum voce tum ſcriptis ſubibat, licet non adeo felici ſucceſſu, ut falſo refert Leſlaeus. Hoc tamen pro certo affirmare licet, eum tanto honore apud patres Jeſuitas, et ſummos

pontifices, cardinales, et epifcopos fuiffe, ut ad ipfum in arduis negotiis fidei enodandis, tanquam ad fupremum judicem, recurrerent; et Dempfterus teftatur. " Jacobus Tyrius," inquit, " cujus memoriam non Scotia modo, fed. Parifii, Roma, Germania, Gallia, Belgium, Italia, ipfa Societas Jefu, affiftentem cum excederet, pietatis et doctrinae nomine operofe coluit, grataque reverentia aeternum profequetur." In fenectute tandem Romam eft profectus, et in Collegio Jefuitarum per multos annos continuavit. In hoc collegio, quemadmodum et in aliis, multa volumina philofophiae et theologiae accurate, docte, et eleganter contexuit.

Sub nomine Joannis Thomfoni, Tractatum de Religione Proteftantium; qui inter fcripta Antonii Poffevini habetur.

Curfum totius Theologiae Scholafticae, tribus tomis, ex Scoto, Aquinate, et aliis fcholafticis.

In Ariftotelis Metaphyfica Quaeftiones.

Et alia varia, quae habentur in Catalogo noftro de Scriptoribus noftrae Gentis. Mortem oppetiit Romae, anno gratiae 1589, fub Jacobo Sexto Scotorum.

DE ROBERTO ROLLOCO.

Robertus Rollocus, Paftor et Academiae Edinburgenae Rector, natione Scotus, patria Sterlinenfis, rem literariam fub optimo praeceptore Patricio Buchanano, illius Georgii Buchanani, poetarum facile principis, fratre germano, in fchola Sterlinenfi, fumma coluit induftria. Decurfo tandem humaniorum literarum ftudio, Andreapolin ad majora ftudia deftinatus eft; et primum philofophicis, poftea vero theologicis rebus, tam ftrenuam navavit operam, et in utrifque tam infignem acquifivit cognitionem, ut omnes fuos coaevos virtute ac eruditione fuperaret. Poftquam liberales artes et fcientias philofophicas didiciffet, et magifterii lauream adeptus effet, theologicis ftudiis fe totum dedidit; cujus fcientiam fpeculativam ubi in Collegio Leonar-

dino Andreapoli acquifiviffet, ad praxin poftea fe contulit, neque diu ingenium ejus infigne latere potuit. Ad paftoris igitur munus obeundum in ecclefia Edinburgena eft vocatus, ejufdemque urbis collegii, nuper admodum erecti, quod nunc Collegium Regis Jacobi dicitur, rector conftitutus, et theologiae profeffor ibidem. Evangelium regni Dei fervore non modico praedicabat, in pontificiorum erroribus, adhuc non funditus e regno deletis, refutandis, et audacia praecipiti comprimenda, multum adhibuit induftriae, magnos pertulit labores, et incredibilem oftendit zelum. Hos difputationibus publicis frequenter oppugnavit, imo viriliter expugnavit, in concionibus vehementer agitavit, denique libris fcriptis evidenter confutavit. In facris concionibus tantum admirabili facundia valuit, ut populum inftaurandis religionibus deditum, et tum novo receptae libertatis gaudio geftientem, quo vellet facile impelleret. Vir pius, literatus, et divinae gloriae zelo mire fervens, bonarum literarum amantiffimus, omnis virtutis et pietatis ftrenuus cultor, in divinis eruditiffimus, et in fecularibus literis egregie doctus, theologus celeberrimus, philofophus, orator, et poeta omnium praeftantiffimus; vir, inquam, undecunque doctiffimus, ingenio fubtilis, eloquio difertus, fermone fcholafticus, vita et converfatione devotus. Scripfit varia praeclara opufcula, quibus nomen fuum longe lateque divulgavit; e quibus,

De Vocatione Efficaci, lib.
In Epiftolas ad Romanos,
Ad Ephesios.
In Danielem.
In Joannem.

Et caetera, quae alias a nobis enumerata funt. Claruit anno virginei partus 1590, dum Scotici regni clavum dirigeret Jacobus Sextus.

DE PATRICIO ADAMSONO.

Patricius Adamsonus, Archiepiſcopus S. Andreae, genere et natione Scotus, patria Strathernenſis, juvenis naturali pollebat induſtria; Andreapolin miſſus ad ſtudia, felicis ingenii beneficio non vulgares in literis fecit progreſſus, bonorum auctorum lectioni addictus, teneros annos in ſcholis feliciter exegit. Peracto itaque philoſophiae curſu, vir primas conſequi et animo intendens et totis viribus contendens, alacriter ad theologica ſe accinxit ſtudia, et totum ſe divinis mancipavit obſequiis. Vir pius et doctus, multiſque donis ornatiſſimus: carminis cultiſſimi tam felix auctor erat, ut ſi huic ſtudio ſe totum dare maluiſſet, illuſtres quoſque poetas aequare facile potuerit; ad philoſophiae ſimul et theologiae culmen progreſſus fecit tam ſerios, ut pares non ſolum multis poſt ſe paraſangis relinqueret anticipans, ſed et ſuperiores exuperaret brevi, vel ſaltem profectu adaequaret. Aderant huic eruditioni pietatis amor, et facundia quaedam naturalis; itaque mox varia eccleſiae munia ſubire coepit; doctrina igitur comite, virtute duce, fautrice fortuna, fauſta illi omnia ſucceſſerunt. Rex illi contulit archiepiſcopatum Sancti Andreae, et in Angliam profectus, a regina humaniter ſuſcipitur. Vir in divinis Scripturis ſtudioſus et eruditus, in ſecularibus literis valde peritus, vita quoque, et ſanctitate converſationis, inſignis, et ob id idem ſingulariter dilectus: concionator exquiſitus, ſuavitate et docendi gravitate admirationem populi in ſe convertit univerſi. Promotus autem ad archiepiſcopatum, oculis regis et magnatum gratioſus eſſe coepit; praelatis, clero, et populo non adeo carus, utpote qui regis, non eccleſiae paſtorum aut populi ſuffragiis electus: unde poſtea apud omnes male audire coepit; hinc docti viri, quod contra ſtatuta eccleſiae Scoticanae illud munus ſuſceperat, varie in eum inſurgunt, et inter alios Andreas Melvinus variis epigrammatibus eum proſequitur; neque etiam ab eo tempore quicquam ei feliciter ſucceſſit, mutata fortuna

qua prius usus erat. Sed ad hominis eruditionem quod attinet, plurima scripsit opuscula, e quibus Londini impressa sunt tomis duobus, cura Thomae Voluseni, illius nepotis, quae antea non extabant. Scripsit

Gratiarum Actionem illustr. et potentiss. Principi D. Elizabethae Angliae, Franciae, et Hiberniae Reginae, propter, etc. carmine heroico.

Paraphrasin in varia Scripturae loca.

Catechesin Joannis Calvini, carmine heroico; cum variis Elogiis, Epigrammatis, etc.

Claruit anno virginei partus 1590, dum regnaret in Scotia Jacobus Sextus.

DE [MARCO] ALEXANDRO BODIO.

[Marcus] Alexander Bodius, natione Scotus, in baronia Ranfrowensi natus ex antiqua Bodiorum familia, et in Glasguensi Academia a teneris annis optimis disciplinis imbutus, ubi cum in philosophicis studiis aliquot annos utiliter satis collocasset, magisterii titulum de more accepit. Postea, ad majora studia capescenda, exteras nationes petiit; in Galliam igitur est delatus, ubi gymnasia celeberrima frequentavit, in iisque tanta cum diligentia tantoque cum fructu literis Graecis et Latinis operam dedit, ut non ultimus in his, in illis vero primus ei debeatur locus, cum apud Scotos tum apud Gallos: quin et inter eosdem Gallos tam studiose et feliciter poesin, rhetoricam, ipsamque adeo philosophiam coluit audiendo, legendo, docendo, et scribendo, ut habitus sit quasi miraculum eloquentiae, et Musis filius unice dilectus; omnia etenim elegantissime Romane et Attice, ut illa ferebant tempora, hoc est, optime, composuit. Erat praeterea tam Marti quam Mercurio deditus, unde his nominibus apud Gallos honorificam in hunc diem obtinuit memoriam. Vir alti et elati animi, atque praestantis ingenii, stupendae memoriae, insignis doctrinae, paris eloquentiae, Graecarum denique literarum peritus: omnem humani-

oris literaturae ornatum, philoſophiam, juriſprudentiam, et poeſin, plus quam vulgariter coluit; erat enim poeta non vulgaris, orator diſertus, juriſconſultus expertus, et philoſophus acutiſſimus. Denique vir erat felicis ingenii, et in melioribus quibuſque diſciplinis inſigniter eruditus, carmine excellens et proſa, et qui ſcripta quaedam tum verſu tum proſa terſe nitideque compoſuiſſe perhibetur. Hos autem laboris ſui fructus poſteris ad oblectamentum, et ad commodum ſibi ad nominis immortalitatem reliquit:

Epiſtolas reſponſorias Epiſtolis Ovidianis, carmine etiam heroico.
Hymnorum librum.
Epigrammata et Carmina varia.
Commentaria in Inſtitutiones Juris.
Epiſtolarum librum.
Orationes varias, Graecas et Latinas.
Commentaria Caeſaris in Graecam linguam tranſtulit.
Apologiam in defenſionem Petri Bembi, aliorumque veterum Oratorum, contra Juſtum Lipſium.

Scripſit etiam Philoſophum, Rhetorem, et Poetam perfectum, non editum, quod ſciam. Claruit anno poſt adventum Meſſiae in carne 1598, dum Scotici regni ſceptrum teneret Jacobus ſextus hujus appellationis.

DE PATRICIO ANDERSONO.

Patricius Andersonus, Jeſuita profeſſione, et Scotus natione, natus in Elgina de Murray, ab ipſa ſtatim pueritia bonis literis initiatus, in ſolo natali literas quae ab humanitate nomen acceperunt, ſedulo parentum cura, didicit. Poſtea maturior factus in Academia Aberdonenſi tam ſedulam dedit melioribus literis et philoſophicis operam, ut gradatim ad ſuprema conſcenderit, unde non immerito, poſt varios quadriennii ſudores, artium magiſterio donatus fuit. In quaeſtionibus maxime ſubtilibus, et demonſtrationibus mathematicis, inter condiſcipulos ſuos primas ſemper obtinuit; in ſacris literis ingenioſus et ſub-

tilis nimium habitus fuit. Poſt aliquot annos, peregrinandi ſtudio captus, primo in Angliam, deinde in Galliam, eſt profectus ; ubi Lutetiae diu multumque ſtuduit in Collegio Jeſuitarum, multa didicit, plurima etiam docuit. Aſſumptus etiam eſt in ſocietatem Jeſu a Jeſuitis, quibuſcum plurimum converſatus erat. Mathematica ſtudia impenſe coluit, et inter mathematicorum ſui temporis celeberrimos numerandus : theologiam inſuper, quam ſcholaſticam vocant, accurate didicit, in humanioribus itaque literis et theologicis, ſed traditionibus humanis, ſuperſtitioſis ritibus, et horrendis blaſphemiis mirum in modum refertis, creſcebat indies. Vir erat ingenio curioſus et ſubtilis, eloquio ſcholaſticus, converſatione ſuperſtitioſe devotus, eruditionis varietate clarus, bonorum auctorum lectioni mirifice deditus, memoriae et induſtriae ſingularis, cui etiam pietas, utinam non praepoſtera, et eruditio nomen non incelebre dederunt. Erat enim concionator elegans, diſputator ſubtilis, et qui ingenii acumine ad ſolvendos difficillimarum quaeſtionum nodos multum valuit : aſtronomiae celebris doctor, caeleſtium naturarum, corporum, et virtutum ſedulus indagator, et τῶν μαθηματικῶν acutus demonſtrator. Unde ſcriptis commiſit

Commentaria in Sphaeram.

De Horrore Peccati, lib.

In Paſſionem Domini Meditationes.

Inſtructiones quaſdam neotericis Catholicis, a reformata Religione deficientibus, et in gremium Romanae Eccleſiae receptis.

Et alia plurima, quae hucuſque ad noſtram notitiam non pervenerunt. Claruit circa annum adventus Meſſiae in carne 1598, dum in Scotia feliciter et pacifice rerum potiretur Jacobus Sextus.

DE ROBERTO PONTANO.

Robertus Pontanus, Caledonius Britannus, ex Culroſia, aut non procul ab ea, urbe maritima, antiquitate celeberrima, honeſtis parenti-

bus ortus, et ibidem ad juventutem in bonis literis et piis moribus egregie inſtitutus. Poſtea propter magnam ingenii ſpem Andreapolin ad altiora ſtudia miſſus, inter ſuos quaſi ſupremus emerſit; ita chariſmata meliora aemulatus, ut commilitones ſuos omnes haberet quidem amatores, nec non et admiratores, ſuperiorem, aut etiam parem, plane neminem. Et primum philoſophicis, deinde theologicis, tam ſtrenuam navavit operam, et in utriſque tam inſignem acquiſivit cognitionem, ut per gradus paulatim aſcendens, tandem theologici magiſterii ſupremam adeptus fuerit lauream, omneſque literati viri titulos merito ei ſolennitate quadam oblatos. Erat ſiquidem ingenio tam felici, tam tenaci memoria, ut quocunque ſe daret (et quibus diſciplinis honeſtis ſe non dedit?) omnia perciperet et comprehenderet, imo in ſingulis adeo excelleret, ut doctiſſimos quoſque in qualibet artium profeſſione aequaret. Vir vere pacificus, quippe qui et cum omnibus pacem habere ſtuduit; in iis quae mundi ſunt mire ſimplex et innocens, pietate, vitae ſanctimonia, humanitate, benignitate erga omnes, ac imprimis incomparabilis modeſtiae exemplo, non modo caeteris, verum etiam ſeipſo ſuperior, ingenio ſubtilis, judicio ſolidus, eloquio ſcholaſticus. Acceſſit ad has naturae dotes induſtria, et aſſiduum pene per totam vitam ingenii memoriaeque exercitium, et non indiligens cultura; ut ſuo ſeculo vix cuiquam ſecundus habitus ſit. Erat ſacrarum literarum explicator ſolertiſſimus et fideliſſimus, veritatis caeleſtis patronus imprimis ſtrenuus, optimarum diſciplinarum cum inſtaurator tum conſervator. Poeſin accurate calluit, rhetoricam omnemque politiorem doctrinam, omnes artes liberales, phyſicen et matheſin, non a rivulis ſordidis, ſed ex puriſſimis fontibus, hoc eſt, ex Graecis et Latinis auctoribus primis, hauſit: aſtronomus longe notiſſimus et clariſſimus, arithmeticus et geometra inſignis, ut ex ſcriptis liquet. Graecas et Hebraeas literas apprime calluit, in juriſprudentia, quemadmodum et in theologia, praeeminuit; unde in ſuprema curia diu ſenatoris munus obibat. Ob ſingularem pietatem, doctrinam, prudentiamque, per Cathaneſiam, Orcadum et Zetlandiae

insulas, minister provincialis seu commissionarius in ecclesiarum plantatione, aliter Superintendens, est electus; et re vera hic est episcopus synodo suffraganeus, non autem archiepiscopus. Erat etiam collegii S. S. Trinitatis Praefectus, et ecclesiae S. Cuthberti praepositus, etc. Hic denique omnium optimarum scientiarum panoplia ubertim instructus, cuncta etiam dignitatum clarissima fastigia, amore studii salutaris, semper neglexit. Scriptis quidem plurima mandavit, verum longe plura scripsisset, nisi multum vitae activae, ad quam in ecclesiarum reformatione vocatus erat, se accommodasset. Quae de ejus scriptis tam versu quam soluta oratione, cum vernaculo tum Latino sermone, vidimus, haec sunt praecipua:

De Unione Britanniae.
De Periodis Temporum.
De Anno Jubilaeo.
Aureum Seculum, lib. VII.
Pindari Olympiorum Traductionem.
De Carminum Ratione et Sectione, Pindaro aliisque poetis lyricis, praesertim Graecis, familiari.
Lexicon Trilingue.
Homilias in S. Paginam.

Et alia permulta, quae in Catalogo nostro Scriptorum habentur. Tandem anno gratiae 1606 placide et pie senio confectus in Domino obdormivit, aetatis suae anno octogesimo secundo, et die 8 Maij. Tumulatus est quinquaginta passibus ab Edinburgo ad meridionale D. Cuthberti ecclesiae latus, ubi elogium, ab se compositum, in quadrato sepulchrali lapide spectatur:

> Ille ego Robertus Pontanus, in hoc prope sacro
> Christi qui fueram pastor gregis, auspice Christo
> Aeternam moriens expecto resurgere vitam.

Claruit sub Jacobo Primo, ejus maxime, et aliorum literatorum, insigni Maecenate et patrono.

DE ROBERTO BALFOREO.

Robertus Balforeus Scotus, ex Fifa clara familia oriundus, a pueritia bonis literis in rure natali inftructus, adolefcentiam etiam optimis difciplinis in Academia Andreapolitana excoluit, tanta cum diligentia animum literarum ftudiis applicuit, tantoque fructu omnia perdidicit, ut infita effe magnarum virtutum femina fatis manifeftis indiciis oftenderet, maximam etiam fpem de eo ipfius praeceptores conciperent. Juvenis felicis ingenii, folidi judicii, fluentis eloquii, poefin, rhetoricam, omnemque cultiorem literaturam accurate fpatio paucorum annorum calluit. In aetatis flore conftitutus, et honeftis difciplinis non mediocriter inftructus, hortatu parentum in Gallias fe contulit; ibi in Academia Parifienfi ad tempus fubftitit, publiceque thefes philofophicas propofuit, magnaque cum laude illas contra omnes oppugnantes fuftinuit. Deinde Burdegalam ab ejufdem loci epifcopo vocatus, ubi variis honorificis muneribus affectus eft, magno etiam fenatus totiufque academiae applaufu ad rectoratum eft evectus: in eo munere per multos annos, doctorum et clarorum virorum monitu, logicam fufcepit tractandam et explicandam. Succeffus hic primus illi feliciter cecidit, multorumque oculos in fe allexit, qui mirabantur tantam in eo perfpicacitatem et ingenii acumen. Poftea una cum philofophia, mathematicas etiam fcientias non minori cum laude et approbatione publice profeffus eft. Hinc illius fama per omnes academias fparfa totius Europae, fed inter Gallos vel maxime nomen celebre jam erat adeptus. Vir et rhetorico liquore, poetica varietate, totius philofophiae micantiffimo fplendore expolitus, geometra infignis, quem quidem ad divina potius perveftiganda rerum fecreta, entiumque omnium latentium effentias natura produxiffe creditur, quam ut mortali corpore interceptus humanam vitam duceret. Verum hoc unum in eo deflendum, quod religionis pontificiae ftrenuus fautor, et diligens fectator, in eorum ineptias, ritus, caeremonias fuper-

ſtitioſas, idololatrias, et horrendas blaſphemias juratus, terrena melius comprehendere, quam ſpiritualia apprehendere valeret. Alioquin vir perhumanus, in conterraneos ſuos egenos et literatos liberalis et munificus. Philoſophica plurima opera, quae nullus mortalium exactis retro ſeculis praeviderat, poſteritati reliquit.

Commentaria in univerſam Logicam, in Phyſicam et Ethicam Ariſtotelis, Burdegalae impreſſa.

Commentaria in Cleomeden, Pariſiis edita.

Concilium Nicaenum primum tranſtulit. Paris.

Orationes varias, praelectiones, aliaque plurima reliquit excudenda, quae adhuc an in lucem prodierunt, candide me ignorare fateor. Obiit Burdegalae anno redemptionis humanae 1610, regnante Jacobo Britanniarum primo.

RELIQUA ALII, AUT NOS ALIAS.

1627

JULIO MENSE.

APPENDIX.

APPENDIX.

I.—EXTRACTS FROM BAILLIE'S MS.

BAILLIE TO SPANG. June 1645.—If that regement vaike, I thinke Mr. David Dickson could ſend yow one of his ſchollars who would ſerve yow well: one Mr. Robert Auld, if he be not yet provided, would in my minde be very fitt for ſuch a condition. Mr. Henderſone did recommend Mr. Hume to Mr. Forbes, but moſt upon your couſigne Mr. David Buchanan, a moſt honeſt and worthy man's teſtimonie, whom I ſhall cauſe wryte to yow the next week what he knows of the man.

THE SAME TO THE SAME. April 24, 1646.—The word wes made to goe far and near that not only we retarded the ſettling of peace, bot also that in our papers and debates we did preſſe many unreasonable desyres; yea, desyres expreſſly contrare to our papers were generally imputed to us; hence many of our friends thought it neceſſare to have our papers printed: among others, Mr. Buchanan, a most ſincere and zealous gentleman, who hes done both in write and print, here and over-ſea, many ſingular ſervices to this Parliament, to his nation, and the whole cauſe, gott a copie of our late papers by his private friendſhipe, and hazarded to print them with a preface of his owne and an introduction, both very harmleſs and conſonant to the three following papers which we had given in to both Houſes. In two dayes or three, 3 or 4000 of theſe papers were ſold; they gave immediately to the people ſo great ſatisfaction with our proceedings as wes marvellous: our ſmall friends were thereby ſo inflamed that they carried first the Houſe of Commons and then the Houſe of

Lords, albeit with the great grief and oppofition of the better pairtie in both Houfes, to vote these papers falfe and fcandalous, and as fuch to be burnt by the hand of the hangman; the publifher, Mr. Buchanan, to be ane incendarie betwixt the two nations, and a declaration to be made for undeceaving of the people. In all this they knew none of us, they grounded the offence on the preface and introduction, not on our papers themselfe, fo we held our peace. The burning of the papers, and the House of Commons declaration, very flie and cunning, hes not yet done much prejudice to us, only it has made the extraordinar malice and pride of fome men fhyne more clearly. Mr. Buchanan is gone to a place fafe enough; if he come among yow, he is a man worthy of great honour for many good fervices.

II.—FROM NICOLSON'S SCOTTISH HISTORICAL LIBRARY.

The Theatrum Scotiae, in Bleau's Atlas, deserves to be feparately remember'd. This was moftly compil'd by the excellent Sir Robert Gordon of Stralogh, at the request of the foremention'd great undertaker of that general body of geography; but first begun at the expence of Sir John Scot, of Scots-Tarvet, Director of the Chancery; who encourag'd Timothy Pont (as shall be obferv'd anon) in the furvey of the whole kingdom. After Pont's death, his maps and papers were fent to Gordon; who, with his fon James, furvey'd feveral parts of the nation not medled with before. Sir John procur'd also for them an order of the General Affembly, directing fuch minifters as they desir'd to be aiding to them in the accounts of their respective fhires: and from hence it was that they were furnish'd with materials for those admirable descriptions which are now printed with the forty-fix maps of that noble work. There are not, indeed, fo many of 'em of Stralogh's own composure as we could wish there were; that learned and loyal perfon having been a good while incapacitated, for the due carrying on of his undertaking, by the iniquity of the times. Upon which, he devolv'd it on D. Buchanan; who had revis'd a great deal of the first projected draughts: but his life ended before the troubles; and he only finifh'd a very few of the county-defcriptions.* P. 17.

* In the Bannatyne Miscellany, vol. ii. p. 389, may be found a Latin description of the city of Edinburgh, ascribed to David Buchanan.

The conclufion of this animadverfion* fhews that Mafter David himself design'd to write a hiftory of the Scotch affairs; and, to make room for this, it was neceffary to let the world know that George, as well as his neighbours, had his failings. I know not whether he ever went any farther that a bare draught of some chapters, relating to the better underftanding of the antiquities and prime ftate of the nation; having rank'd fome collections under feveral heads of that nature, which he did not live to bring into perfect form. Such papers I have feen; and they difcover their author's fkill in the Hebrew and Celtic languages, to have been much more confiderable than his acquaintance with the Greek and Roman writers, who are never to be made friends with fome of his opinions and etymologies. P. 120.

III.—EXTRACT OF A LETTER FROM SIR ROBERT SIBBALD TO THE REV. ROBERT WODROW.

Edinburgh, April 24, 1702.—The Historia Literaria is done by me alone. I hope I may have your and fome gentlemens' here, their affiftance in the revifing and correcting of it. I have finifhed the part till the Seculum decimum fextum (fome 60 fheets in my writt) except the hiftorians, which I delayed till I gotte the archdeacons booke, and I ame now confidering it, and writting the hiftorie of them. I give fome account of their lives and ther characters, fo well as I may from records: it is moft from manufcripts. The fixteen and 17 fecula I did laft winter: a good part of them, the account of the writters of divinity, was done in our language for me by the Rev^d^. Mr. Lawrence Charters to the yeer 1700. He giveth the characters of feverall of them.† I had

* "Quare nonnulla prorsus intacta reliquit, de aliis parum egit, de nonnullis obscure scripsit; de quibus omnibus, prout nascetur occasio, nobis erit dicendum." Nicolson quotes some manuscript notes, in the possession of Sir Robert Sibbald. See his Commentarius in Vitam Georgii Buchanani, ab ipsomet scriptam, p. 57. Edinb. 1702, 8vo. Sibbald here mentions that he was descended from the same family as George Buchanan; "David Buchananus, ex eadem familia oriundus;" but we cannot discover his authority for such a statement. A student named David Buchanan was admitted of St. Leonard's College at St. Andrews in the year 1610. His identity with the author of the present volume may perhaps be inferred, but cannot easily be proved.

† Laurence Charters was professor of divinity in the university of Edinburgh. His Short Account of Scots Divines has been recently printed in a collection bearing the general title of Catalogues of Scotish Writers. Edinb. 1833, 8vo.

ſome accounts from Dr. Jameſon and Mr. Walter Paterſon's manuſcripts. Thes laſt I am to turn to Latin, and add to the worke. The greatest aſſiſtance I had is from ſome manuſcripts of Mr. David Buchanan, who heth written upon our learned men in ane excellent stile of Latin.*

IV.—THE TESTAMENT OF DAVID BUCHANAN.

Mr. David Buchanan, xix. of Jan. 1653.

The Teſtament Teſtamentar and Inr of the goodes, geir, ſowmes of money, and debts perteining to vmqll Mr. David Buchannan, &c. the tyme of his deceiſ, quha deceiſt in the moneth of Aguſt laſt bypaſt the zeir of God 1652 zeirs,† ffaithfullie maid and givine vp be himſelf wpone the xix day of the ſaid moneth of Aguſt and zeir of God abone ſpect, in ſwa far as concernes the nominaone of his exr and legacies,

* Sir Robert Sibbald's Memoirs of the Royal College of Physicians at Edinburgh, a fragment, with portions of his Literary Correspondence, p. 27. Edinb. 1837, 8vo.

† This date of the testator's death agrees with the statement of Archbishop Nicolson, who informs us that the life of David Buchanan ended before the troubles of the kingdom, or, in other words, that he died before the restoration. In the preface to Truth its Manifest, the author speaks of himself in the following terms: "He heartily blesseth God, who, in his fatherly care towards him hitherto (and he hopes will do so to the end, being assured that he, who giveth the principall, will not deny the accessory, if he thinks it fit for his own glory and our good) hath provided for him wherewith to sustain his nature, without great excesse or much want, and hath schooled him both by precept and practice, to live and be content of little; and so, not being so urged by a neer nipping necessity, or imaginary poverty, as to sell or betray the truth for a morsell of bread, nor so led away with the exorbitant desire of preferment or profit, as to cog in upon any terms by flattery, lying, and faining with those in whose hands the distribution of such things is amongst us for the present; he dare be bold to speak home to the point, and tell down-right the truth of things, according to his best information, wherein the church and state are so much concerned, not fearing to be crossed in his private interest, and put back from his hopes, by displeasing the gods, yet without giving just occasion of offence to any. Moreover, he preferreth the possessing of himself with calm and freedom of spirit, having his little *viaticum*, such as it is, simple and coarse, to the glistering slavery, with toiling and moiling, of ambitious and covetous ones; to whatsoever hight with lustre and fair shew they attain unto, in the eyes of the world and opinion of men, knowing that it is dear bought, with losse of time, and often of credit and conscience, and to be nothing but a meer shadow, which in a moment vanisheth."

and givine vp be Mr. Williame Buchannan, brother german to the ſaid vmq[ll] defunƈt, in ſwa far as concernes the haill In[r] of his goodes, geir, and debts auchtand to him, quhome he nominat his onlie Ex[r] in his latter will wnderwrittin, as the ſamyne of the daitt foirſaid, ſub[t] with his hand in preſens of the witneſſ[s] eftir mentionat, mair fullie proports.

In the firſt, the ſaid vmq[ll] Mr. David Buchannan, had the goodes, geir, ſowmes of money, and debts of the availls and quantities efter following, perteining and adebtit to him the tyme of his deceiſſ foirſaid: viz. Imprimis the Inſy[t] plenniſching of his chalmer, with the abulzements of his bodie, eſtimat to the ſowme of I[c] xx lib. Scottes money:

Suma of the In[r] I[c] xx lib.

ffollowes the debts awine to y[e] deid.

Item, y[r] wes auchtand to y[e] ſaid vmq[ll] defunƈt the tyme of his deceiſs foirſaid, be Mr. James Balfour prin[ll], and Androw Balfour, mer[d] burges of Ed[r], his cau[r], conforme to y[r] band, the ſowme of I[m] ij[c] lib. prin[ll], with I[c] LXXX lib. money for the byrune annual rent thairof. Be the Laird of Buchannan, conforme to his band, the ſowme of Vj[c] LXvj lib. xiij ſ[s] iiij[d] prin[ll] with I[c] xxx lib. money foirſaid, for the byrune annual rent thairof. Item, mair be him, conforme to ane vther band, the ſowme of Ij[m] viij[c] xxxvj marks prin[ll], with Ij[c] Lviij lib. for the byrune annual rent thairof.

Suma of the debts awine to y[e] deid	Iij[m] iij[c] xxv lib. vj ſ[s] 8[d]
Suma of the In[r] with the debts	Iij[m] iiij[c] xlv lib. vj ſ[s] 8[d]

No diviſione

ffollowes the Deid's Legacie, and Latter Will.

I, Mr. David Buchannan, being ſeik in bodie bot perfyte in judgement, doe mak my latter will as followes. Firſt, I recommend my ſoull to God, believing onlie to be ſaved by the merits of Jeſus Chryſt, my mediator and redeemer. And for my worldlie effairs, I doe diſpoſe thairwpone as followes. I nominat and ordaine my loving brother Mr. Williame Buchannan my onlie Ex[r] and wniverſall Legato[r], with full power to him to give vp In[r] of my whole goodes and geir, and doe everie thing els belonging to the office of executrie; and ordaines him to pay to Miſtres Birſban the ſowme of L lib. ſterling, out of the firſt and reddieſt of the ſowmes to be reſſaved fra Mr. Courting, my debtor, at London, quhilk ſowme I leive to her in Legacie; and tuitching the conditione of my eſtate, I refer my

T

ſelf to Inventars vnder my hand. In witnes of the whole premiſſes I have ſub^t thir preſents with my hand at Ed^r the xix day of Aguſt 1652 zeirs, befor thir witneſſes, Mr. Williame Syme, and Jo^n Williameſone, my ſervand, and Jo^n Buchannan. I doe farder ordaine my ſaid Ex^r to pay to my ſiſter Criſtiane Buchannan zeirlie dureing hir lyſtyme the ſowme of Lxxx lib. Scottes, and lykwyſe to put my twa brother ſones, Williame and David Buchannanes, to ſutch trads and callinges as he ſall think moſt expedient and conduceabill for thair beſt breiding. Thir preſents ſub^t day and place, and befor the witneſſes abone writtin. Sic ſub^r David Buchanan, Williame Syme, witnes, J. Buchannan, witnes, Jo^n Williamſone, witnes.

Colonell Leonard, &c. Ratifeis and approves, &c. and decernit, &c. conforme to the quhilk, &c. Ro^t. Buchannan, ſone to vmq^ll Mr. George Buchannan, Minister, became Cau^r as ane Act beirs.

Ed^r. 30 March 1653.

Eik maid heirto as followes, viz. Ther wes juſtlie adebtit and auchtand to the ſaid defunct be vmq^ll Robert Bar, eſquyre, in Newforge in Ireland, conforme to his ticket, and be vmq^ll Gabriell Bar, his ſone and ar, or ſucceſſor, conforme to ane De^t following thairwpone, obtenet aganſt him be the defunct befor the Lords of Seſſione for the tyme, the ſowme of Lxxxxv lib. ſterling, extending in Scottes money to the ſowme of I^m i^c xl lib., and gives and comitts, &c. reſſervand compt, &c. Ro^t. Buchannan, indweller in the Cannogait Cau^one, as ane Act beirs.

Ed^r. the 21 of Dece^r 1654.

Eik maid heirto as followes, viz. Ther wes juſtlie adebtit to the ſaid defunct and awghand be the town of Ed^r, or John Erſkinne, mer^t, V^c lib. Scotes money, conforme to ane precept; and gives and committes, reſarvand compt to be maid, [&c.] q^r wpon Wm. Hogg, wryter in Ed^r, became Caw^r, as ane Act beirs, maid theranent.

INDEX.

DATE DUE			